OTECA NA
o Emanuele I
LVI
E
4
NAPOLI

XLVII.
E.
44.

XLVII
E
7

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
E
44
NAPOLI

~~XLVII~~
~~66~~
~~7~~

CRISIS
PRO
SOCIETATIS IESV

Pietate, Doctrina, & Fructu multiplici.

Authore R. P. ANDREA MENDO, *Lucronenſi, è Societate Ieſu, Regio Concionatore, Supremi Sanctæ Fidei Senatus Cenſore, & olim Salmanticæ Theologiæ Scholaſticæ Profeſſore, ac Sacræ Scripturæ Interprete.*

Nunc primùm prodit in lucem.

LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXVI.
Cum Approb. Doct. & Perm. Super.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DON ALVARO DE BENAVIDES ET BAZAN,

Equiti, & Commendatario Iacobæo, Regis Hiſpaniarum à Conſiliis in Supremo Indiarum Senatu; olim in Maiori Salmantino Collegio Conchenſi togato, ac in eadem Academia Primario Iuris Canonici Moderatori.

FAVEBIS (Illuſtriſſime Dynaſta) *Opuſculo, qui iam diu, Authorem beneficiis obæraſti. Fauebis Societati Ieſu, cui li-*

bellus militat; cùm ei ab incunabulis additus ſemper genio gratiſſimo indulſeris. Id ad operis ſuffecerit commendationem; Ad Tuam vera nulla pagina ſufficiet. Ab Excellentiſſima Domo Comitum de Santiſteuan ortus, qui maior à Natalibus eſſe nequibas, maximum te indole, ingenio, animo, ſcientiiſque reddidiſti. Obſtupuit Te Salmantica Iuris vtriuſque ſtudioſum, mox Profeſſorem, deindè plures Cathedras moderantem. Mirabatur te in ſuggeſtu in litterariis certaminibus Patronum; in ſubſelliis tela argumentorum contorquentem; in extemporaneis Repetitionibus vſque ad miraculum declamantem. Ad Senatus Regios indè euocatus, totam de Te conceptam ſpem adimpleſti; litigantium turbæ nunquam difficilis: aditu facilis: in iudiciis prudens: in ſententiis proferendis æquam ſemper trutinæ lancem

retinens

retinens: in cunctis Tu ipſe. Nec enim aliud ſublimius poterit excogitari. Non patitur breuis operis breuior Epiſtola in tua debita encomia laxari. Licebit aliquando. Interim viue & vale. Matriti die 13. *Ianuarij, anno* 1666.

Veſtræ Dominationis

Obſequentiſſimus ex animo,

ANDREAS MENDO.

LECTORI.

IN ſtatera Opinionum Benignarum in controuerſiis moralibus, quam nuper in lucem edidi, pro re nata Criſim hanc ad calcem præfixi; Eam tamen plures breuiori volumine cingi, auidè optarunt, vt frequentiùs præ manibus haberetur. Annuere votis decreui, & eam ſeorſim excudi permiſi. Candidis animis, ſinceris mentibus, iuſtiſque veritatis ac pietatis æſtimatoribus, erit opuſculum non ingratum. Id mihi ſolatio eſt, non poſſe me ab vllo obiurgari, cùm ea omnia, quæ in eo afferuntur, ab aliis, & quidem non è Societate Ieſu, fuerint pronuntiata, aduerſus quos, nullus, credo, inuehi tentabit.

Ad

Ad R. Adm. Patrem

ANDREAM MENDO

LVCRONIENSEM,

E' SOC. IESV,

Regium Concionatorem, Supremi Sanctæ Fidei Senatus Cenſorem , & olim Salmanticæ Theologiæ Scholaſticæ Profeſſorem, ac S. Scripturæ Interpretem.

ANAGRAMMA.

ANDREAS MENDO.
ARDENS DO MEA.

EPIGRAMMA.

Ne videar Sociis ingratus, cerne laborem?
Nam Matri haud ARDENS? DO MEA *Scripta meæ.*

Ab humillimo & obſequentiſſimo ſeruo,
ANDREA NOEL, *Correct. Lib.*

Facultas R.P. Antonij de Ibarra Prouincialis Societ. Ieſu in Prouincia Caſtellana.

EGo Antonius de Ibarra Prouincialis Societatis Ieſu in Caſtellana Prouincia, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Goſvvino Nikel Præpoſito Generali, facultatem facio, vt Tomus, qui inſcribitur *Stera Benignarum Opinionum*, cum *Criſi pro Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu multiplici*, à Patre Andrea Mendo noſtræ Societatis Theologiæ Profeſſore compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. In Collegio noſtræ Societatis Salmanticenſi, dieſecunda Aprilis 1660.

Locus Sigilli.

ANTONIVS DE IBARRA.

Licentia del Ordinario Salmant.

NOs los Prouiſores y Vicarios Generales deſta Ciudad de Salamanca

y

y de ſu obiſpado Sede Epiſcopali Vacante, &c. por la preſente, por lo qui nos tota os damos licençia para que ſe pueda Imprimir, vn Libro intitulado *Statera Opinionum Benignarum in controuerſiis Moralibus, cum Criſi pro Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu multiplici,* conpueſto per el Padre Andres Mendo de la Cópañia de Ieſus, Rector del Colegio de Irlandeſes, de la Vniuerſidad deſta dicha Ciudad, que ante nos preſétò con las Licençias neceſſarias de ſu Religió atento de la Céſura del R.P. Maeſtro Fray Luis Tineo de Morales, Abbad del Colegio de San Norberto del Orden de Premoſtratenſes deſta dicha Ciudad, conſta no tiene coſſa contraria a nueſtra ſanta Fé Catholica, y buenas Coſtumbres dada en la Ciudad de Salamanca a ocho. Dias del mes de Iulio, de mil y ſeis cientos y cinquenta y nueue. PORPOZO.

El Doctor, D. LVIS DE SALZEDO.

Por mandado de los Señores Reuiſores ſede vacante.

BATOLOME' FERNANDEZ MONTOSO.

Priui

Priuilegium Regium.

GAudet Author duobus Regiis priuilegiis; altero, vt hoc opus excudatur; altero, vt extra Regna Hiſpaniarum, typis mandetur, vt ex eiſdem conſtat.

Approbationes Doctorum.

LIbrum cui titulus eſt *Criſis de Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu multiplici*; Perlegi Ego infra ſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, nihilque in eo deprehendi quod non ſit Fidei Catholicæ, ac bonis moribus conſonum. Datum Lugduni 25. Februarij 1665.

MOREL.

LIber cuius titulus eſt *Criſis de Societatis Ieſu pietate, doctrina & fructu multiplici*, nihil contra fidem, nec contra bonos mores habet, ſed Patrum tantæ Societatis pietatis, & doctrinæ fidem ipſam in vniuerſo Chriſtianorum orbe ſtabilientium, ipſorumque mores conſtituentium, ſumma teſtimonia continet. Vt ergo Orbi ipſi cui prodeſt Societas notus ſit reipsâ liber, cum impreſſione publicari debere exiſtimabam Ego Doctor Sorbonicus, Eccleſiæ Lugdunenſis Theologus. Lugduni, die 20. Ianuarij 1666.

ARROY.

Conſenſus Vice-Procuratoris Regij.

VIſis Doctorum Sorbonicorum Approbationibus; non intercedo Regis cauſa, ne liber cui titulus eſt *Criſis de Societatis* IESV *pietate, doctrina, & fructu multiplici*, imprimatur ab HORATIO BOISSAT & GEORGIO REMEVS, huius Ciuitatis Bibliopolis cum prohibitionibus in tali caſu requiſitis, & fieri ſolitis. Datum Lugduni, die 25. Ianuarij 1666.

BOLLIOVD MERMET.

FIat iuxta Conſenſum Vice Procuratoris Regij, die 25. Ianuarij 16 66.

DE SEVE.

INDEX

INDEX
Paragraphorum huius opuſculi.

Numerus Paginam indicat.

CRiſis de Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu multiplici. *pag.* 1.
§. 1. *Ratio Criſis & Scopus, ib.*
2. *Quinam elapſis temporis impugnauerint Societatem Ieſu, eiúſque viros, & quas ob cauſas?* 3
3. *Iudicium & exiſtimatio ſummorum Pontificum de Societate Ieſu, ac de eius pietate, fructu & doctrina.* 5
4. *Iudicium & exiſtimatio Conciliorum, & Cardinalium S. R. E. de Societate Ieſu, eiúſque Religioſis.* 25
5. *Iudicium & teſtimonia Antiſtitum circa Societatem Ieſu, eiúſque Religioſos, & doctrinam,* 32
6. *Iudicium, exiſtimatio, & teſtimonia Imperatorum, Regum, & Dynaſtarum de Societate Ieſu, eiúſque pietate, fructu, & doctrina.* 41

7. *Iudi*

7. *Iudicium , & exiſtimatio Regnorum, Academiarum , Sacrarúmque Religionum de Societate Ieſu, eiúſque viris.* 52
8. *Iudicium , & teſtimonia virorum è Sacris Religionibus eminentium de Societatis Ieſu pietate, doctrina & fructu.* 58
9. *Aliorum ex Sacris Ordinibus præſtantium virorum iudicium , & teſtimonia de Societate Ieſu, eiúſque pietate, doctrina & fructu.* 69
10. *Scriptorum extra Sacros Ordines iudicium, & teſtimonia de Societate Ieſu, eiúſque pietate , doctrina & fructu.* 86
11. *Aliorum Scriptorum iudicium , & teſtimonia de Societatis Ieſu pietate , doctrina, & fructu.* 103
12. *Quid circa Societatem Ieſu , eiúſque pietatem , doctrinam & fructum ſenſerint , & experti fuerint viri , & fœminæ ſanctitate, aut virtute inſignes?* 116
13. *Quid de Societate Ieſu ſenſerit & ſcripſerit Sãcta Thereſia à Ieſu, ac quantum in ſpiritu & in Fundatione acri ſui Ordinis ab illa fuerit adiuta?* 130
§. vlt. App. *Iudicium diuerſorum, quæ ſuperiùs ſuis locis non ſunt præfixa, de Soc. Ieſu pietate , doctrina & fructu.* 151
CRISIS

CRISIS

DE SOCIETATIS IESV pietate, doctrina, & fructu multiplici.

§. I.

Ratio Criſis, & Scopus.

TIMIDÈ, & auarè hoc argumenti genus à paucis aliquibus fuit ſuſceptum, rubore compreſſis, nè cùm magna dicerent. ſuam modeſtiam offenderent. Verùm aliquando præſtat, vocalem eſſe: quippè æternum, pertináxque ſilentium ſignum eſt diffidentiæ non modeſtiæ ratio, quia non minus periculi eſt, ſemper tacuiſſe, quàm

numquam. Modeſtiæ non prætergrediar terminos, cùm ore extero, & alieno Societatem Ieſu commendare parauerim; & quæ alij extra Societatem ipſam (nihil enim afferam quod aliquis ex illa in ipſius commendationem ſcripſerit) erga illam encomia iuſta protulerunt, quòd exactè referantur, nulli erit odioſum. Ergo hæc accedat ſtatera, in qua librentur momenta, quæ vnus, vel alius contra Societatis homines parauit, & ſimul ea, quæ militant pro ipſa Societate. Conſtet omnibus, quàm debilia, nulliúſque ſint illa ponderis: & quàm graue, ac ſolidum pondus iſta contineant. In nullum inuehor: nec hoſtes vllos agnoſco, imò nec credo. Syncerè ago: veritati ſtudeo: neminem offendere, vel leuiuſculè, eſt in animo. Liceat filio matri honorem deferre, quem poteſt. Aliqua huc ſpectantia intertexuit ſuo operi Paulus Leonardus *in reſponſione ad expoſtulationes contra ſcientiam mediam*; Nos multò plura addemus, nec quidquam diſputabimus, ſed ſyncerè teſtimonia & verba ab aliis prolata referemus. Laudent vniuerſi Dominum, qui ſuæ Eccleſiæ prouidit Societatis Religionem, ex qua tàm vberes fructus percipit Chriſtianus orbis; anhelétque Noſtrorum ventura poſteritas ad ea eximia opera, & decora, quibus adhuc Societas Ieſu, Deo fauente, illuſtratur. Hic præcipuus eſt Criſis ſcopus: hæc ratio.

§. II.

§. II.

Quinam elapſis temporibus impugnauerint Societatem Ieſu, eiúſque viros & quas ob cauſas?

1. EXponat id ſummus Pontifex Pius IV. *in Litteris datis ad Imperatorem Maximilianum*, ſic aſſerens. [Ad aures noſtras peruenit, extitiſſe nonnullos, qui diuini timoris immemores, & conſcientiæ ſuæ negligentes, inuidia ſcilicèt, & prauis quibuſdam ſtudiis obcæcati, Libellos quoſdam contumeliis, probris, & maledictis plenos diſſeminauerunt aduersùs Ordinem Societatis Ieſu. Sanè moleſtè tulimus, lædi famam, & violari exiſtimationem eius Ordinis, cuius tam multa, & tam inſignia conſtant erga Religionem Catholicam officia, & merita. Qua in re non modò eis iniuriam fieri putauimus, ſed id agi intelleximus, vt pia opera quæ per eos in diuerſis Orbis terrarum partibus effici conſueuerunt, talibus calumniis impediantur.] A Pontifice declaratur amarus zelus inſectandi Societatem: Eius multa, & inſignia merita erga Religionem Catholicam extolluntur: & impediri per calumnias opera pia, moleſtè ab eodem fertur.

2. Fr. Laurentius Surius *in compendio hiſtoriali, ad annum Chriſti* 1540. hæc habet. [Nihilo-

minùs non deſunt pio huic inſtituto multi neutiquam probandi calumniatores,& obtrectatores ex his præſertim, qui ſe Euangelicos dici, quàm Euangelicos præſtare malunt. Vident enim ſuis conatibus in dies magis, & magis ab huius Inſtituti viris obuiam iri. Vident multos de ſuo grege detractos ad ouile Chriſti reduci. Vident non paucos Catholicos, Superioris vitæ impuritate , & fœditate damnata, redire ad ſtudium puritatis,& innocentiæ. Vident deníque, non ſolùm vitæ integritate , ſed etiam multiplici & rara eruditione pleróſque huius Societatis adeo inſtructos, vt quod aliqui impotenter, & petulanter nimis in Clero noſtro facere ſolent, mores illorum niſi planè impudentes eſſe velint , carpere, neque vllum doctrinæ genus in pleríſque deſiderare queant. Hinc pluſquàm Vatinianum eorum in hanc Societatem odium. Hinc illa comitia, probráque iactandi ſæua libido ; quòd cum reuera mores reprehendere non poſſent , in Societatis nomen petulanter incurrunt , modò Ielu zitas, modò prima ſyllaba detracta Suitas, in primis autem Ieſuvvider Germanicè , tanquam Ieſu aduerſarios vocant, ſæpiùs etiam atros equites, quòd pleríque omnes pulla veſte vtantur. Quaſi verò eiuſmodi cauilla quidquam noceant laudatiſſimæ Societatis Patribus, & non potiùs ſectariorum petulantiam declarent.] Scribat Surius contra Martiniſtas, Hugoniſtas, & alios eius æui ſectarios. Inſignis

ſignis Societatis Ieſu laus, adeò inuiſam, & odioſam eſſe hæreticis, & glorioſæ cauſæ, ob quas id odium, & maleuolentia apud illos inualeſcunt.

3. Paulus Ant. de Iarſia, S. Theol. Doc. Abbas Sanct. Ant. Cuperſan. in eximio ac nouo Tractatu *de nundinis lib.2. c.5. n.1.* hoc de Societate profert teſtimonium. [Verum enim verò quidquid Ieſuitis Principes dederint, iure id optimo eis debitum videtur. Iuuentutem enim inſtituunt, mores hominum formant, & ſexcenta Reipublicæ bona parant. Artes, Philoſophiam, Theologiam, cœteráſque ſcientias non illuſtrarunt modò; ſed cunctis faciles, auiáſque reddidere. Ipſi quidem nundinas Chriſtiano orbi virtutibus, ac litteris refertas quotidie indicunt, & maximum inde morum, & mentis lucrum reportaſſe gaudent; ita vt Societatem animorum dixeris emporium.]

4. Benedictus Moreius *in hiſtoria de Pſeudo Catholico Confeſſionis Auguſtanæ facto Neophyto, pag.* 17. ſic fatur hæreticos; [Hos Papiſtiſſimos appellatis. De his ille veſter perpetuò afflictus, dubius, miſerabilis Philippus gemebat, Heu, quid facimus? mundus eſt plenus Ieſuitarum; remorantur curſum Euangelij peſſimi Ieſuitæ; nè vnus eſſet reliquus, Papiſta in Germania, ſi iſtos rabulas Cacodæmon non intruſiſſet odioſiſſimè.] Dolent hæretici, à Religioſis Societatis ſua peſſima dogmata retardari; Quaſi addictiſſimos Sedi

Apoſtolicæ, non ſolùm Papiſtas, ſed Papiſtiſſimos nuncupāt;PhilippusMelancthon gemebat dāna ſuæ peruerſæ ſectæ ab illis nflicta.

5. Cardinalis Vuilhelmus Alanus *in Apologia pro Societate Ieſu contra Eliſabethæ Reginæ Angliæ edictum*, *c.* 6. ſic ait; [Horum virorum ordo quidem, & ratio viuendi noua eſt, ſed fides, & doctrina eadem planè quam Patres antiqui, & Eccleſia vniuerſa habuit ſemper, & colit modò. Patiuntur odia, & hæreticorum indignationes, quod D. Hieronymus loco ſummæ gloriæ ducebat. Nam Sancti illi viri, qui à Deo olim, ad congrediendum cum hæreticis, excitati fuerunt, tàm hoſtibus odio erant, quàm iſti modò à Deo, ad Lutheri, Caluini & reliquarum peſtium ruinas reparandum, ad nos miſſi.] Eminentiſſimus Cardinalis pares reddit Societatis Religioſos in odio, quod ab hæreticis ſuſtinent, antiquis Sanctis Patribus qui cum prioribus hæreticis decertarunt; reparatoréſque nuncupat ruinarum, quas Lutherus, Caluinus, & reliqui hæretici in orbem inuexerunt.

6. Franciſcus Montanus *in Apologia de Nouatoribus* in diem ſic inſiſtit. [Odio proſequantur omnes veri nominis Catholicos, magíſque adhuc Religioſos, ſed præ cæteris omnibus Ieſuitas. Hinc omnes ſuas diſputationes, omnes chartas, omnia veneni genera, omnia fulmina, & tonitruum in Ieſuitas effundunt; potiori temporis parte inducias faciunt cum cæteris Familiis Eccleſiæ Dei: cum

iſta nunquam. Doctrinam Eccleſiæ Catholicæ non ampliùs vocant nomine ſuo doctrinam Ieſuiticam. Ieſuitæ meta ſunt,& ſcopus, ad quem hæretici omnem furoris impetum deſtinant, in quibus ſolis ipſam quoque Eccleſiam toto mundo diffuſam expugnare, vel certè oppugnare velle videntur. Cauſa illius odij, quia Ieſuitæ, & hæretici ex diametro opponuntur.] Religioſi Societatis ſcopus ſunt furoris hæretici, & hi pro eodem habent doctrinam Catholicam, & doctrinam Societatis, ipſis ex diametro oppoſitam. Petrus Steuartius Academiæ Ingolſtadienſis Rector, & Procancellarius *in Apolog. pro Soc. Ieſu, edita anno* 1593. *fol.* 21. ſic alloquitur hæreticos. [Hæc vnica, & præcipua cauſa eſt odij veſtri in Patres Societatis Ieſu, omnéſque eorum patronos, & amicos; videtis enim, ſalua Catholica doctrina ita defenſa, quemadmodum à Societatis Ieſu hominibus publicè docetur, promulgatur, propugnatur, omnes hæreſes labi & corruere, prætereà conſilia, ac leuitatem veſtram, vóſque vt homines nihili,& viliſſimos deſpici, ac contemni.] Aliam *ibidem* cauſam odij hæreticorum, ait eſſe, [Quòd vident, eam, nulla habita ratione proprij commodi, animis, ac ſtudiis inter ſe, & cum aliis grauiſſimis, doctiſſimíſque viris conjunctis, etiam cum periculo vitæ Catholicam Religionem defendere.]

6. Sed prætermittamus hæreticos: deueniamus ad alios olim in Societatem offenſos.

Eiectos è Gallia reſtituit ſuo Regno Religioſos Societatis Chriſtianiſſimus Rex Henricus IV. & ſimul pro illis in lucem edidit Defenſorium, quod affertur à Poſſeuino *in Apparatu, verbo Societas Ieſu.* In quo inter alia eximia Societatis encomia Rex ita ait; [Obſeruaui autem, cùm de his reſtituendis loqui cæpi, duo in primis genera hominum reſtitiſſe hæreticos, & improbos Eccleſiaſticos. Nec quidquam detrahitur ſtatui Eccleſiaſtico, ſumma digno veneratione, quòd inter innumeros probos, aliqui improbi reperirentur.]

7. Redeat Fr. Laurentius Surius *in epitome hiſtoriali ad annum Chriſti* 1540. ſic loquens: [Quamquàm non ignoro etiam, quoſdam bonos viros interdum aliquid erga hanc Societatem humanum paſſos eſſe; quòd nondum certam haberent ipſius Societatis notionem; mouentur enim ſiniſtris ſuſpicionibus nonnumquam etiam homines non mali, quia homines non rarò fallimur. Certò autem mihi perſuadeo, quiſquis eius Societatis res benè compertas haberet, eum non niſi benè de illa ſentire poſſe.] Vt ſuſpiciones ceſſent, & res benè comperiantur, expendere oportebit quæ ſequuntur: videantúrque de his alia, quæ decurſu afferemus, & præcipuè *infrà n.*31. *& n.*99 Nobis autem illud curæ eſſe debet, quod S.P. Ignatio, qui cùm ei referrentur aliqua contra Societatem iactata, pacatiſſimo animo hoc tantùm reſpondebat; Illud auertat Dominus, ne quando malè nobis

dicant

dicant, & vera dicant. Ita extat *in hiſtor. Societat. tom.* 1. *lib.* 18.

§. III.

Iudicium, & exiſtimatio ſummorum Pontificum de Societate Ieſu, ac de eius pietate, fructu, & doctrina.

9. PAulus III. in Bulla, quæ incipit, *Regimini militantis*, expedita erga Societatem, ait, *Eius viuendi formulam Euangelicis conſiliis, & Canonicis Patrum ſanctionibus conformem.* Idem in Bulla, quæ incipit, *Iniunctum*, enuntiat, Societatem ad id inſtitutam, [Vt ad profectum animarum in vita, & doctrina Chriſtiana, & ad Fidei propagationem, per publicas prædicationes, & verbi Dei miniſterium, ac ſpiritualia exercitia, & charitatis opera præcipuè intenderet.] Idem in Breui, quod incipit: *Cum inter cunctas*, ſic fatur; [Attendentes ad fructus vberes, quos in domo Domini hactenùs produxiſtis, & producere non deſinitis veſtra religione, integritate, ſcientia, doctrina, moribus, & experientia.] Idem in Breui, quod incipit, [Licèt debitum, inquit; Societas Ieſu, velut ager fertilis, in Domino multiplices, atque vberes fructus animarum, ad ſummi Regis laudem,

& Fidei incrementum attulit, & affert quotidie verbo, & exemplo in populo Chriſtiano.] Idem Paulus, vt extat 1. *part. hiſtor. ſociet. lib. 8. num.* 12. Religioſos Societatis proficiſcentes in Siciliam ſic fuit allocutus. [Amamus enim Societatem veſtram ex animo, vt qui cognitam habemus eius virtutem, & rectè facta; & quantum, quibuſcumque adhuc in terris verſata eſt, ſpiritualem fructum fecerit.] Aliud egregium teſtimonium eiuſdem Pauli III. attulimus *alibi.*

10. Iulius III. in Breui, quod incipit, *ſacræ Religioni*, ait; [Sacræ Religionis, ſub qua dilecti filij Societatis Ieſu, reiectis ſæculi vanitatibus, gratum Altiſſimo præbent ſuæ humilitatis ſpiritu famulatum, & feruentibus ſtudiis per exempla virtutum, & ſolidam doctrinam alios ad diuinæ Majeſtatis obſequia trahunt, fauor expoſcit &c.]

11. Marcellus II. vt refertur *in hiſtoria ſocietat. lib.* 15. in conſenſu plurimorum hominum affirmauit; [Se non legiſſe, vlli homini poſt Apoſtolorum tempora conceſſum fuiſſe à Domino, quod Patri Ignatio, vt dum viueret, tantum operis, cuius fuiſſet ipſe inſtrumentum, incrementum videret.] Ipſe paulò ante quàm ingrederetur conclaue, in quo electus eſt Pontifex, deplorans temporum corruptelam, aſſeuerauit, ſe, cùm grauiſſimum caperet dolorem ex mundi malis, acquieſcere tamen, & recreari ſolere in his rebus, quas Dominus dignabatur per Societatem Ieſu operari.

12. Pau-

12. Paulus IV. vt extat *in hiſtoria ſociet. tom. 2. lib. 2. num.* 38. P. Didacum Laynez recèns electum Præpoſitum Generalem Societatis, ad eius pedes, vt moris eſt, cum electoribus aduolutum, ita fatus eſt. [Præpoſitus, & caput es huius benedictæ Societatis, quæ quamquàm ab exiguis, & infirmis eſt principiis (vt nos memores ſumus, qui vobis ab initio fauorem, & amorem noſtrum declarauimus, neque hactenùs intermittimus, neque intermittere volumus) non parùm multa pertulit, atque inter ea tot incrementa accepit, atque tam vberes fructus Dei Eccleſiæ in vniuerſo orbe terrarum attulit. Multorum enim teſtimonio cognoſcimus, quanta per vos commoda Deus mundo pariat, & quàm fœlices conatus veſtri, Deo cooperante, paſſim proueniant.]

13. Pius IV. in Bulla, quæ incipit: *Et ſi ex debito*, inquit; [Qui ſicut nomen Sociorum Ieſu aſſumpſerunt, ita opere, doctrina, & exemplis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius veſtigia ſequi nituntur.] Idem Pontifex in epiſtola, quam ſcripſit ad Catholicum, & Prudentem Philippum II. Hiſpaniarum Monarcham, hæc habet. [Sed inter Religioſorum Ordines, ſingulari ab Apoſtolica ſede ſtudio meritò complectendus is Ordo eſt, qui non ita pridem inſtitutus, & ab hac ſancta ſede confirmatus, Ieſu Societas appellatur. Hi enim operarij, licèt nouiſſimi, tanquam nona diei hora in vineam

Domi

Dominicam ab ipſo Domino inducti ſunt; adeò ſtrenuam tamen, & vtilem operam nauare cœperunt, vt non modò ſpinas ex ea, & vepres euellere aggreſſi ſint, ſed ipſam etiam alibi auxerint, & propagarint. Incredibile ferè eſt, quantùm tam breui tempore hic Ordo profuerit: quantum Eccleſiæ Dei attulerit vtilitatis; quàm multa eius Ordinis Collegia, diuina fauente gratia, alia aliis in Prouinciis inſtituta fuerint, non ſine maximo earum Nationum fructu, & commodo; quorum diligentia alibi Fides Catholica confirmatur, alibi hæreticæ prauitatis peſtis reprimitur; alibi Gentiles, & Idololatræ, relicto Idolorum cultu, ad Chriſti veri Dei cultum conuertuntur. Ex quo cuiuis perſpicuum eſt, excitatum hunc à Domino Ordinem fuiſſe his tam turbulentis, & calamitoſis Eccleſiæ temporibus, & aduersùs Sathanæ miniſtros, & operarios oppoſitum; vt, cùm illi Eccleſiam Catholicam vehementer oppugnant, eam hi non minùs acriter defendant; Cùm illi ſimplicibus hominibus errorum tenebras offundunt, hi lucem veritatis oſtendant; vt quantum denique illis prauis exemplis, & diſciplina peſtifera deſtruunt, tantum hi vitæ, ac morum ſanctitate, & ſalutari doctrina ædificent. Huius Ordinis maximum in hac alma Vrbe Collegium habemus, quod tanquam ſeminarium quoddam eſt aliorum, quæ per Italiam, & extra ipſam Italiam in Germania, & Gallia propagantur. Ex hoc vberrimo ſeminario

Apoſto

Apoſtolica ſedes inſtituit delectos, idoneos Miniſtros, tanquam generoſas, & frugiferas plantas, alios aliò, provt venerit, concedendos mittere; qui quidem tum in inſtituendis piè, & diligenter pueris, tum prædicando Euangelio, tum miniſtrandis Sacramentis, fructus eos, Domino cooperante, ferunt, quibus hoc tempore Eccleſia Dei maximè indiget. Nullum vnquam hi laborem pro Dei honore, & huius ſanctæ ſedis obſequio recuſant; eunt, & nauigant ad omnes Nationes, & loca, quocumque mittuntur, etiam ad Hæreticos, ad Infideles, & ad remotiſſimas Indiæ partes, ſine vllo omnino metu, eius nimirùm auxilio freti, cui deſeruiunt. Itaque multum debemus huic Collegio, ita de Religione Catholica merito, & aſſiduè merenti, adeò ad Chriſti Domini noſtri, & huius ſanctæ ſedis obſequia parato.] Idem Pontifex *in Litteris expeditis ad Fratrem Franciſcum de Borja*, tertium Societatis Ieſu præpoſitum Generalem ſic loquitur; [Cùm itaque inter cæteros ordines eorum, qui ſe cultui diuino dicarunt, Societatem iſtam, ipſo, ex quo nomen ſumpſit, authore Ieſu Domino noſtro, excitatam fuiſſe, declarant magni, & vberes fructus, quos Eccleſiæ attulit, & quotidie affert.] Aliud Pij IV. teſtimonium attulimus *ſuprà* §. 1. *n.* 2.

14. Pius V. ex inſigni Prædicatorum familia in Bulla, quæ incipit *Æquum*, enuntiat; [Nonnulli

[Nonnulli animi leuitate, vt credebatur, ducti, ac quietem labori, cui proculdubiò Religioſi Societatis huiuſmodi pro excolenda, & propaganda Chriſtiana Religione continuò erant expoſiti, ac priuatum commodum publicæ tàm dictæ Societatis, quàm Chriſtianæ Reipublicæ vtilitati indiſcretè præferentes, fucatíſque coloribus aſſerentes, ſe id facere ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictoris obſeruantiæ, ſeu non obtenta Superiorum licentia, ad alios etiam Fratrum Mendicantium Ordines tranſire poſſe iactabant] &c. Idem Pontifex in Bulla, quæ incipit, *Innumerabiles*, ſic fatur; [Innumerabiles fructus, quos, benedicente Domino, Chriſtiano orbi Societas Ieſu, viros litterarum præcipuè Sacrarum ſcientia, religione, vita exemplari, morúmque ſanctimonia perſpicuos, multorum religioſiſſimos Præceptores, ac verbi Diuini etiam apud longinquas, & barbaras illas Nationes, quæ Deum penitùs non nouerant, optimos Prædicatores, & Interpretes producendo, fæliciſſimè hactenùs attulit, & adhuc ſolicitis ſtudiis afferre non deſiſtit, animo ſæpiùs reuoluentes noſtro &c.] Idem Pontifex in Bulla, quæ incipit, *Dum indefeſſæ* ita loquitur; [Dum indefeſſæ conſiderationis intuitu perſcrutamur quantam Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem attulerint dilecti filij Presbyteri Societatis Ieſu, ac planè conſpicimus, eos, verè mundi huius relictis illecebris adeò Seruatori ſuo ſe dedicaſſe, vt conculcatis theſauris

theſauris quos ærugo, & tinea comedit, lumbíſque paupertate, & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus, vſque ad Orientales, & Occidentales Indias penetrauerint, ac eorum aliquos ita Domini amor perſtrinxerit, vt etiam proprij ſanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi efficaciùs plantarent Martyrio voluntario ſe ſuppoſuerint, pérque eorum ſpiritualia Exercitia etiam Regna ipſa fidem Chriſti agnouerint, ac tàm inibi, quàm vbique terrarum charitatis, & miſericordiæ opera exercere ſtudeant, facere nullo modo poſſumus, quin eos, tanquam veros palmites in Chriſto per charitatem coniunctos, benignè amplectamur.] Idem Pontifex *in Litteris expeditis ad Antiſtitem Colonienſem*, plura ex dictis repetit, & inſuper ait, fortunatas eſſe eas vrbes, quibus habere Collegium Societatis Ieſu contingit, præſertim vbicúmque dominatur hæreſis, aduersùs quam nouiſſimos operarios inſtituit diuina prouidentia, indéque ab Epiſcopis in primis perquirendos eſſe huiuſmodi adminiſtros. Ita extat apud Ribadeneyram *in vita S. Franciſci de Borja lib. 3. cap.* 4. Idem Pontifex, cùm ei narraretur, Auenione conſpiraſſe Hugonottas, vt Religioſi Societatis ex ea vrbe eiicerentur, exclamauit; *Væ Auenioni, eiectis indè Ieſuitis.* Refert id Franciſcus Montanus *in Apologia contra Antonium Arnaldum cap.* 71.

15. Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit, *Saluatoris Domini*, hæc exprimit, [Sanè vt

vt accepimus, licèt dilecti filij Presbyteri venerabilis Societatis Ieſu in vinea Domini, tanquam fructiferi palmites, in toto ferè orbe tàm in continendis in vinea mandatorum Chriſti fidelibus, infirmis in Fide conſolidandis, ægrotíſque ſanandis, confractis alligandis, & abjectis reducendis, ouibúſque diſperſis, & lupis veſpertinis, leonúmque famelicis catulis, in deuorationem expoſitis, reclamandis, & defendendis: quàm etiam his, quæ extra ouile Chriſti, ſacroſanctíque Imperij noſtri tutelam, ſub ignorantiæ iugo in obſcuris, & tenebricoſis locis, ac deſertis, per montuoſas, ac difficiles vias aberrant, conuertendis; & ad Nationes Catholica Religione imbutas; & ad immanes, barbaráſque diuini cultus, politicíque ornatus ignaras gentes, ferino potiùs, quàm humano more viuentes, ſeſe extendentes, opimum, & vberrimum fructum attulerint, & in dies maiori cum ſolicitudine afferre, zizania extirpare, bonum ſemen renouare, plantare, rerráſque incultas Euangelico ſulco, ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ vomere eruderare non ceſſent.] Idem Pontifex in Bulla, quæ incipit, *Cùm ſicut accepimus*, ſic ait; [Quanta in vinea Domini fructuoſa opera Societas Ieſu quotidie, verbo, & exemplo in populo Chriſtiano attulerit, continuóſque labores, quos pro diuini nominis gloria, & exaltatione Fidei Catholicæ presbyteri dictæ Societatis ſupportant, cordi noſtro prouenit ſatisfactio.] Idem Pontifex

Pontifex in Bulla, quæ incipit, *Quantò fructuoſiùs*, inquit; [Quantò fructuoſiùs in colenda Domini vinea ſe exerceat veneranda Ieſu Societas, digníſque æterna mercede operariis abundare conatur, tantò propenſiùs contendimus eam, religioſámque ſubindè quam inſtituit, prolem, vnde tota Reſpublica Chriſtiana vbíque ſubleuatur, proſequi, & confouere. Idem Pontifex in Bulla, quæ incipit: *Aſcendente Domino*, aſſerit; [Cúmque nouam prolem Catholicæ Religioni valdè proficuam, & ad omnia pericula pro vniuerſali Eccleſia ſubeunda paratam procreauit, aliam atque aliam à prima non degenerem, præſtante gratia Dei quotidie ſubſtituit.] In eadem Bulla. [Nos vniuerſalis Eccleſiæ vtilitati, quam ex inuiolato, & inconcuſſo dictæ Societatis Inſtituto, & Religioſæ ſobolis educatione ſentimus, & maiorem in dies ſperamus, proſpicientes &c.] Idem Pontifex in Bullæ, quæ incipit: *ſatis ſuperque*, ait; [Satis ſupérque dilectos filios Societatis Ieſu alumnos ſuſcepi, iuxta Maiorum ſuorum inſtituta, pro animarum ſalute, & Chriſti Domini noſtri nomine, & orthodoxa Fide propagandis, labores defatigant, quibus ſubleuandi eſſent, nedum ad alia opera, officiis eorum interruptis, diſtrahendi.] Idem Pontifex *in diplomate expedito pro Collegio Societatis Ieſu Mediolanenſis*, ad inſtantiam Sancti Caroli Borromæi, hæc habet. [Ipſi enim nullam prætermittentes occaſionem, qua in proximum

ximum charitatem ſuam exercere valeant, per totum terrarum orbem diſperſi, neque ſacculum, neque peram aſſumentes, & afflati ſpiritu, qui dat cuncta bona timentibus eum ſed hominum piſcatores effecti, eius ductu, qui ſumma charitas, & bonitas eſt, quotidie non ceſſant miniſterium ſuum adimplere, fideles, & infideles in vias & ſemitas rectas adducendo, ac populos vbique diſperſos tàm exemplo boni operis; quàm doctrina confirmando; tantúmque in eos inualuit proximi charitas, vt ad Indos, & regiones incognitas ſecedentes, & per Martyrij palmam infideles ad Chriſti Fidem reuocare non dubitauerint, ita vt meritò cum exultatione referre poſſint; Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

16. Gregorius XIV. in Bulla quæ incipit, *Eccleſiæ Catholicæ*, ſic fatur. [Religio Societatis Ieſu, quam nouiſſimis hiſce diebus diuina prouidentia excitauit, adeò ſtrenuè laborauit, ac ſine intermiſſione laborat, vt illius turbationem, & infirmitatem ad commune Eccleſiæ damnum: vel pacem, atque integritatem ad eiuſdem vtilitatem maximè pertinere putemus.]

17 Clemens VIII. protulit, Societatem Ieſu ſemper à ſe exiſtimatam eſſe *Brachium dexterum Eccleſiæ Dei.* Ita refertur à pluribus, & à P. Suarez *tom. 4. de religion. lib. 1. de inſtituto*

ſtituto Societ. cap. 7. *num.* 5. Idem Pontifex in Bulla de tranſlatione Monaſterij Eberſpergenſis in Societatem Ieſu ait ; [Conſiderantes laborioſam, atque indefeſſam operam, quam veneranda Societas Ieſu in ſeminanda ſapientia ſalutari inter cæteros ipſius agricultores vbique præſtat ; dignum, quin potius debitum reputamus, vtilius collegia, & loca congruæ ſuſtentationis adminiculis, per ſuppreſſionem regularium locorum minùs vtilium, confoueámus.] Ipſe Clemens Societatem Ieſu vocauit *Societatem ingeniorum* ; Ita teſtatur Adam Concen *lib.* 8. *politic. cap.* 2. *num.* 50.

18. Paulus V. in Bulla, quæ incipit, *Quantum*, pronuntiat ; [Quantum Religio Societatis Ieſu in Eccleſia ad fidei, pietatis, & religionis augmentum profecerit, & in dies magis proficiat, Nos ipſi ſcimus, & Chriſtiana Reſpublica nouit vniuerſa. Propterea illam diuerſimodè perturbare, ab incepto retardare, malis artibus humani generis hoſtis quotidie nititur.

19. Gregorius XV. in Breui, quo conceſſit licentiam Carolo Epiſcopo Verdumenſi, è domo Lotharingia, vt relicta paſtorali cura, in Societatem Ieſu ingrederetur, ita ei fatur; [Quod igitur Chriſtianæ Reipublicæ bono fiat, abiectis humanarum rerum, opúmque impedimentis, proficiſcere ad eam Sacræ Militiæ Societatem, Catholici nominis defenſione, & hæreticorum excidiis clariſſimam ; quam

quam quidem quantum nos faciamus, duo illi Chriſtiani Imperij propagatores Ignatius, & Xauerius, Sanctorum cognomento nuper à Nobis aucti, cunctis terrarum Prouinciis, ſæculorúmque ætatibus declarabunt.]

20 Vrbanus VIII.in Bulla Canonizationis S. P.Ignatij (quem eius prædeceſſor Sanctorum faſtis adſcripſit, Bullam tamen morte præuentus non expediuit) quæ incipit, *Rationi congruit*, hæc habet. [Ineffabilis Dei bonitas, & miſericordia, quæ miro conſilio ſuis quæque temporibus aptè diſponit, & præteritis ſæculis ſiuè ad diſſeminandum Euangelium inter gentes, ſiuè contra ſubnaſcentes hæreſiarchas deſtinauit plures Sanctitate, ac doctrina illuſtres viros; nouiſſimis temporibus, cùm pij Luſitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotiſſimas Inſulas latè patentem vineæ Domini propagandæ aditum aperuiſſent; nec minorem Caſtellæ Reges nouum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent, veterem autem Religionem, omnémque illius ſanctitatem, ac perfectioris vitæ profeſſionem Lutherus, monſtrum teterrimum, aliæque deteſtabiles peſtes blaſphemis eorum linguis in ſeptemtrionis partibus corrumpere, & deprauare, ac Sedis Apoſtolicæ authoritati detrahere conarentur; excitauit ſpiritum Ignatij Loyolæ, qui ex medio honorum curſu, & à ſæculari, & terrena militia mirabili quadam ratione vocatus, ita ſe diuino imperio regendum, &

forman

formandum tradidit, vt demùm noua Societatis Ieſu, quæ inter alia pietatis & charitatis opera, Gentilibus conuertendis, hæreticis ad Fidei veritatem reuocandis, & Romani Pontificis poteſtati tuendæ, ex inſtituto ſe totam impendit, Religione fundata &c.] Idem Pontifex in Breui,in quo conceſſit Iubilæum Miſſionum,& incipit, *Cæleſtium*, ſic ait; [Cæleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſatores eſſe nos voluit Deus, libenter iis impartimur,quos pro ſua in Deum,& proximos charitate, & Chriſtianæ Religionis zelo, animarum ſalutem omni ſtudio procurare intelligimus. Quo in genere cùm Societatis Ieſu Religioſos habeamus, &c.]

21. SS. D. Alexander VII. litteras ſcripſit ad Rempublicam Venetam, depoſcens, vt reſtitueret Religioſos Societatis Ieſu,olim inde eiectos, quia in quadam cauſa ſteterant pro ſummo Pontifice,eiuſque Nuntio,vt conſtans eſt. Quid autem ſentiat de Societate ſummus noſter Pontifex, eius litteræ manifeſtant,quæ ſic ſe habent. [Dilecti Filij, Nobiles viri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Labores, quibus vti fideles operarij in Chriſti vinea Societatis Ieſu Religioſi viri aſſipuè exercentur,fructúſque,quos, Domino benedicente, ex illa percipiunt, Nobilitatibus veſtris probè cognitos, ac perſpectos eſſe non dubitamus. Adeò enim vberes, atque ampli ſunt, vt bonus eorũ odor longè ſe,latéque diffuderit,& ad longinquas eitam

remo

remotáſque regiones iam olim peruenerit. Nos, quorum humilitatem ſupremus ille Paterfamilias, ac Dominus ſuæ domus cuſtodiæ, & agri ſui cultioni præpoſuit, ſolicitudinis noſtræ debitum, ac præcipuam curam eſſe putamus, vtiles adeò ſeruos, ac traditis à Domino talentis augendis in primis opportunos, & vbíque, & apud eos præſertim eſſe, quos peculiari charitate complectimur, quibus ſalutarem, ac fructuoſam eorum induſtriam, atque operam fore præuidemus. Quem amorem cùm ergà nobiliſſimam iſtam Rempublicam in viſceribus geramus non inferiorem ſingulari eius in Deum religione, in ſanctam verò hanc ſedem obſeruantia, moleſtè admodùm ferimus iam diù, his Religioſis Nobis perquàm charis, probatíſque carere, vndè proculdubiò magnæ ad vos, Ciuéſque veſtros vniuerſos vtilitates eſſent peruenturæ. Nouit prudentia, ſapientiáque veſtra, quanti interſit maximè lubricam, incertámque Adoleſcentium ætatem bonarum artium, ac pietatis ſtudiis innutriri; vſque adeò refert à primis annis optimis inſtitutis aſſueſcere, cùm nempè ad ea, quæ traduntur accipienda aptiſſimi ſunt addiſcentium animi; firmitérque deinde, quæ ſunt tradita, in omni vita retinentur. In illa verò ætate gubernanda, Sanctiſſimíſque præceptis conformanda, iure nulli iis Religioſis peritiores, aut magis idonei eſſe exiſtimantur; qui hac in re non exiguam vitæ partem pone-
re

re plerúmque ſolent, calléntque iam longo vſu. atque exercitatione facillimas quaſque, atque vtiliſſimas docendi, præcipiendíque vias; quodque maximi fieri debet, non minori cura pietatem, Deíque timorem, vnde veræ omnis ſapientiæ, ac ſcientiæ initium ducitur, quàm litteras, diſciplináſque edocere ſatagunt. Teſtatur pium hoc illorum ſtudium, Religionis propagandæ ardor, Templorum cultus, frequens Sacramentorum, ac Dei verbi adminiſtratio, ipſum denique eorum inſtitutum, quod vnam diuini nominis gloriam propoſitam habet, pro qua augenda, amplificandáque in omni doctrina, atque omni opere bono fideliter colorabāt. Dignam itaque prudentia veſtra, dignam pietate, dignam perpetua in Nos obſeruantia, ac maximoperè ad diuinum auxilium, atque opem impetrandam, opportunam rem facietis, eos quàm primùm in nobiliſſimam iſtam ciuitatem, omnémque veſtram ditionem recipiendo. Certè ſi quantoperè beneficiorum ſuorum memoriam Deus requirat, quantáque ſint, reputabitis, quæ hoc tèmpore largita vobis eſt immenſa eius bonitas, clementiáque, inter cæteras hanc quoque ipſi gratiam referre debetis, ex qua ingens eius gloriæ, ac laudis incrementum extiturum perſpicietis. Multum etiam id valebit ad ſanctiſſimi viri Ignatij tutelam conciliandam, cui deuotos non minùs vos eſſe decet, quàm veſtri maiores fuerunt. Ille ſiquidem, cùm huius Societatis funda-
ment

menta iaceret, diutiùs in ampliſſima iſta vrbe eſt commoratus, ac præclara paſſim in ea ſanctitatis exempla edidit, ac quàm plurima monumenta reliquit. Nam quod ad Nos attinet, non dubitamus, id in beneficij loco ponere, ex quo maximos atque vberrimos fructus eſtis percepturi. Atque in hoc teſtem veluti, ac pignus Paternam Noſtram Charitatem dare non veremur, quam vos magnam ſemper meritò eſſe duxiſtis, nec minorem exiſtimatione veſtra experti eſtis. Eam ſanè cauſam à multis annis aduersùs Chriſtianæ religionis infenſiſſimos hoſtes defenditis, quæ præcipuè, ac pro viribus à Nobis fouenda eſt. Verùm ingens ad hoc efficiendum Charitati Noſtræ in poſterum pondus imponetis, atque ad hanc voluntatem hoc facto, is cumulus accedet, vt multò eam ampliùs incitaturi ſitis ad iſtam Rempublicam, hoc præcipuè tempore omni conatu, atque ope, quantum cum Domino poterimus, adiuuandam. Adeò deníque id Nobis gratum, iucundúmque accidet, vt hoc vobis certò ſpondeamus, nihil à veſtra in hanc S. Sedem obſeruantia, reuerentiáque fieri poſſe, ex quo maiores ſtimulos addi animi noſtri affectui ſenſuri ſimus, & pro quo plura inuicem vobis ſint beneuolentiæ noſtræ ſigna expectanda; quibus eam, non mediocriter auctam erga vos oſtendamus, vti etiam fuſiùs exponet venerabilis Frater Carolus Epiſcopus Auerſanus, noſter apud Nobilitates veſtras Nuntius, cui

fidem

fidem haberi à vobis cupimus, quibus à Deo fælicitatem precamur, & Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die xxiij. Decembris, M. C. LVI. Pontificatus noſtri, anno ſecundo.] Reſtituti ſunt ſummo cum honore, & plauſu Religioſi Societatis Reipublicæ Venetæ, cunctæque eius ditioni; & SS. D. N. Alexander VII. ſecundas litteras Reipublicæ ſcripſit, gratias referens, eámque ob id valdè collaudans, ſimúlque Societatem eximio proſequens honore. Alia ſummorum Pontificum teſtimonia egregia decurſu libabimus, námque omnia attexere, videretur prolixum.

---

§. IV.

Iudicium, & exiſtimatio Conciliorum, & Cardinalium S. R. E. de Societate Ieſu, eiúſque Religioſis.

CONcilium Tridentium *ſeſſ.* 25. *c.* 16. ait; [Per hæc tamen ſancta Synodus non intendit aliquid innouare aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Ieſu, iuxta pium eorum Inſtitutum, & ſancta ſede Apoſtolica approbatum &c.] Quod teſtimonium, vt potè à Concilio Oecumenico prolatum,

B plurimi

plurimi fecit Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit, *Aſcendente Domino.*

23. Concilium Tarraconenſe anno 1600. epiſtolam ſcripſit ad Clementem VIII. in qua hæc habentur. *Paternam reliquiſſe domum*, (Loquitur de S. P. Ignatio) *affirmant, vt eſſet verus alter Abraham, & Pater multorum Sanctorum, eiúſque in progenie omnes benedicerentur Nationes.* Poſtmodùm hæc ſubduntur. [Sancta Apoſtolica, & Romana Sedes ſole amicta, & coronata ſplendore duodecim ſtellarum, regina vnius, atque alterius poli, peperit hunc ſpiritum ſalutis eodem tempore, quo Martinus Lutherus, velut hydria lernæa, aperuit puteum abyſſi, & incepit obſcurare ſolem teterrimo fumo, & terram replere peſtiferis locuſtis: eo tempore oppoſuit hunc ſeptimum, & fortem Angelum, qui tanquam filius dilectus, in quo Deus ſibi benè complacuit, nube diuinæ protectionis velatus fuit, quoniam ſemper reſpexit arcum cæleſtem, qui vertici inſidebat, quíque non aliud, quàm in omnibus rebus maiorem Dei gloriam inueſtigaret. Hunc Ignatium ſummi Pontifices armarunt quaſi propugnatorem Reipublicæ Chriſtianæ, eúmque ducem conſtituerunt, atque anteſignanum nouæ militiæ, quæ de cœlo lapſa eſt, ſignatæ Sanctiſſimo nomine Ieſu; vt aſpectu ſuo, ipſe fulgentiori ſole, & iubare ſuæ doctrinæ, atque ſcientiæ, tenebras omnium diſpelleret errorum. Collocarunt pedes

des Ignatij,quaſi duas columnas igneas,dextrum ſupra mare pro Indorum, & Paganiſmi conuerſione; ſiniſtrum ſuper terram, vt eam fœcundaret ſeminibus virtutum, & ſalutaris doctrinæ, poſt eradicatas ſpinas ignorantiæ, errorum, atque hæreſum; dederúntque Ignatio manibus librum, vt à prima ætate bona ingenia erudiret, omníque optima litteratura, diuina, atque humana excoleret. Quamobrem Patres Concilij iſtius, dum attentiùs perpendunt merita huius ducis Ignatij, quem Numen ſingulari prouidentia his temporibus Eccleſiæ dedit, velut alter Atlas, orbem fulciat humeris doctrinæ, & pietatis, æquum duxerunt &c.] Extat hæc Epiſtola *in Relatione Hiſpana Beatificationis S. P. Ignatij excuſſa Matriti, anno 1609. apud Ludouicum Sanchez.*

20. Quatuor Cardinales,Præſides Concilij Tridentini, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, ex clariſſimo Auguſtini Ordine, Staniſlaus Hoſius, & Ludouicus Simoneta, id protulerunt; [Religio præsbyterorum Societatis Ieſu, quæ iam latiſſimè per Chriſtianorum, & Gentium etiam prouincias (Deo, quod cæpit opus, promouente) cum maximo animarum fructu patet, inſtituta in Eccleſia Dei, & approbata per ſedem Apoſtolicam.] Extat id *in hiſtor. Societat. 2.par. lib. 6. num. 79.*

25. Cardinalis Cæſar Baronius *in Notis ad diem 29. Decembris*, loquens de ſancto Thoma

Cantuarienſi, & ſimul de Alumnis ſeminariorum Societatis, ait. [Videre meruit ſæculum noſtrum, hac ex parte fæliciſſimũ, quàm plurimos Thomas, ſanctiſſimos ſacerdotes ampliori (liceat dicere) Martyrio coronatos, duplicicíſque tituli coronis auctos; cùm non ſolùm, vt Thomas, pro Eccleſiaſtica libertate, ſed pro Fide Catholica tuenda, reſtituenda, ac conſeruanda, nobiliſſimo Martyrio occubuerint; vt inter alios, quos nuper Societas Ieſu, velut agnos innoxios in ſacris ſeptis ſanctis eruditionibus ad Martyrium acceptiſſimas Deo hoſtias ſaginauit, quos Romanum, Rhemenſe, Sacra Collegia, quæ dixerim celſas turres à facie Aquilonis, & fortiſſima propugnacula Fidei, emiſerunt ad triumphos, prouexerunt ad coronas.] Is eximius Cardinalis primùs S. P. Ignatij effigiem Romæ colendam ſepulchro in loco alto affixit, ipſéque ſcalas ligneas conſcendit, vt ſuis manibus affigeret. Ita *in hiſt. Societ. tom.* 1. *lib.* 16. *num.* 116

26. Cardinalis Vuilhelmus Alanus *in lib. aduerſus Reginæ Eliſabethæ edictum cap.* 6. de Religioſis Societatis ſic fatur. [Accenſi amore Dei, & animarum amore incomparabili, penetrarunt in extremas Orbis patres, per omnem ferè Indiam Orientalem, & regiones maximè barbaras, earúmque Principes potentiſſimos, vnà cum prouinciis, & populis ſubiectis, ad fidem Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam perduxerunt. Eodem ſpiritu ac-

cenſi

cenſi inuaſerunt Indiam Occidentalem cum multarum millium animarum lucro, cum infinitis periculis itinerum, tàm terra, quàm mari ſuſceptis, in quibus multi eorum ab hæreticis, ethnicis, pyratis intercepti, multi affecti Martyrio; in captiuitatem abducti multi: contabuerunt plurimi inſolito victu, aut aëris intemperie, aliíſque vitæ incommodis. Mittuntur & in varias Germaniæ, Bohemiæ, Auſtriæ, Poloniæ, Tranſiluaniæ, Sueciæ, Dalmatiæ, & aliarum Nationum prouincias, quos illarum prouinciarum ordines ad Reipublicæ ſalutem conſeruandam maximè inuenerunt neceſſarios.] Aliud Cardinalis Alani teſtimonium attulimus *ſuprà* §. 2. *num.* 5. & alia *inferiùs* afferemus.

27 Cardinalis Lotharingius, dum Bellomenſes ciues Collegium Societatis Ieſu optarent, & obtinerent, ſic eis affatus eſt; [O vos beatos, quos diuina Maieſtas temporibus his horum virorum dono dignata eſt! Vtinam eius miſericordia fieret, vt ſingulæ huius regni Prouinciæ tanto bono potirentur. Tenete vos, quibus conceſſum eſt; amplexamini ſodalitatem hanc Ieſu Chriſti, & veſtigiis eius, ac monitis inhærete. Nos & veſtro nomine, & pro officio noſtro dabimus operam, vt Gallia tanto Dei munere nequaquam priuetur.] Sic extat *in hiſt. Societ. 2. part. lib. 5. num. 196.*

28. Cardinalis Ludouicus Ludouitius, Vicecancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, &

Archiepiſcopus Bononienſis, *in Panegyrico de S. P. Ignatio*, inter alia plurima elogia, hæc habet. [Quænam ætas, qui ſexus, quæ hominum conditio, quæ gens vel barbara, longéque diſiuncta inficiabitur, infinita propemodùm eſſe, quæ debet Ignatio? Puerilis ætas Chriſtianæ doctrinæ inſtitutionibus informata, quarum vſum cum immenſo Chriſtianorum hominum emolumento ipſe primus iuuexit; iuuentus in apertis gymnaſiis erudita; maturi ætate viri tot in Oratoriis, & Congregationibus, veris pœnitentiæ ac vitæ ſanctioris Academiis, inſtituti; maior Templorum cultus, Sacramentorum, Concionum, ſacrarum Lectionum, piarum Exercitationum frequentia, ac veneratio, virtutis exemplum, ac ſanctitatis æmulatio apud alios Religioſos Ordines excitata. Si verò per varias mundi partes oculos circumferamus, Moſchouiam, Perſidem, Dalmatiam, Libani montis plagam, Æthiopiam, excultas ab Ignatio fructuoſiſſimis Miſſionibus agnoſcemus Germaniam, Poloniam, Galliam, Belgium, Angliam, Scotiam, Hyberniam pluribus locis ab hæreſi propugnatas. Indias ad Orientem, atque Occidentem ſolem ſitas, eius, ac ſociorum beneficio ab ethnica ſuperſtitione, aut à ſede Romana defectione, ad vnum Chriſti ouile, Paſtorémque deductas. An non infinita ſunt erga Chriſtianam Rempublicam, & mundum vniuerſum Ignatij merita, quòd tam præſtantis religioſæ Familiæ conditor

conditor fuit, quæ vel ab ipſis natalibus peculiari voto Apoſtolicæ ſedi obſtricta, inter Chriſtianos, & ethnicos, tot laboribus, tot cruciatibus, ac periculis continenter, ac generosè pro Chriſtiana fide bellum gerit?] Inſpiciantur ex hac Societate primi, ac nouiſſimi; illud vſurpare de ea licebit, quod in re ſimili ſcripſit Caſſiodorus *lib. 3. epiſt. 3.* [Tot annis continuis ſimul ſplendet claritate virtutis: & quamvis rara ſit gloria, non agnoſcitur in tam longo ſtemmate variata: ſæculis ſuis producit nobilis vena primarios: neſcit indè aliquid naſci mediocre; tot probati, quot geniti, & quod difficilè prouenit electa frequentia. Quare mirum non eſt, huius Ordinis initiis, ac progreſſibus animaduerſis, ſi communis hominum ſententia fuit, quemadmodùm olim in Africa D. Auguſtinus in lucem prodiit, quo tempore natus erat in Anglia Pelagius: ita planè ſtatim atque Tartareum illud monſtrum Lutherus erupit, vt tenebras importaret, ſingularem Dei prouidentiam Eccleſiæ ſuæ Ignatium, eiuſque aciem verè igneam, protuliſſe.]

29. Adnectam præfatis teſtimoniis id, quod extat in Relatione facta ſuper Canonizatione S. P. Ignatij, in qua inter alia ſic profertur. [Cum inimicus homo ſuperiori ſæculo in agro Eccleſiæ benè ſubacto, & præparato ſuperſeminaſſet zizania: & in Germania blaſphema Lutheri lingua, & in Anglia inaudita Henrici ſæuitia omnem Religionis, &

perfectioris vitæ profeſſionem, omnémque obſeruantiam erga Chriſti Vicarium ſubducere, atque extinguere conaretur; ineffabilis Dei bonitas, & miſericordia, quæ præteritis ſæculis contra ſubnaſcentes Hæreſiarchas deſtinauit Athanaſium, Baſilium, Nazianzenum, Cyrillum, Hieronymum, Auguſtinum, Bernardum, Franciſcum, Dominicum, cæteróſque ſanctitate viros illuſtres; ſupremis hiſce temporibus excitauit ſpiritum Ignatij Loyolæ, qui ex medio honorum curſu, atque à ſæculari, terrenâque militia, admirabili quadam ratione vocatus, ita ſe diuino imperio tegendum, formandúmque permiſit, vt tandem noua Religione huius ſanctæ ſedis authoritate fundata, quæ Gentilibus conuertendis, hæreticis ad Fidei veritatem reuocandis, Romani Pontificis poteſtati tuendæ, ex inſtituto ſe totam impendit.] Aliud eximium teſtimonium vide *infrà num.* 33.

---

§. V.

Iudicium, & teſtimonia Antiſtitum circa Societatem Ieſu, eiúſque Religioſos, & doctrinam.

ILluſtr. Fr. Bartholomæus à Martyribus, ex inſigni Prædicatorum Ordine, Archiepiſcopus

pus Bracharenſis, ſtatim ac Præſul deſignatus fuit, epiſtolam ſcripſit Patri Didaco Laynez, Præpoſito Generali Societatis Ieſu, in qua aſſerebat; [Se multis ab annis ſanctæ huius Familiæ ſumma deuotione, & dilectione deuinctum eſſe, quam proculdubio crederet cælitùs emiſſam ad horum miſerabilum temporum ruinas, & calamitates reparandas; itaque mentis oculos conieciſſe in Patres Sacræ Societatis, tanquam in primos Coadiutores ſuos in opere Domini, primáque inſtrumenta diuinæ gloriæ in patribus illis egentiſſimis, proindè precari, ne ſibi Pater in hac re velit deeſſe.] Extat hæc epiſtola *in hiſtor. Societ. lib.* 4. *num.* 150. Ipſe verò Archiepiſcopus Collegium Societatis Ieſu fundauit; Quantùm vero opera Religioſorum eiuſdem Societatis vſus fuerit, in hiſtoria ipſius Archiepiſcopi videre eſt.

31 Frater Leonardus Marinus ex eodem ſacro Prædicatorum cœtu, Archiepiſcopus Lancianus Nuntius in Hiſpania in Curia Philippi II. Regis noſtri, litteras ſcripſit ad B. Franciſcum de Borja die 28. Maij, anno 1558. cuius exemplaria extant in Collegio Imperiali Matritenſi, & referuntur *in hiſtor. Societat. lib.* 2. *num.* 132. In quibus ita fatur. [Cæterùm Pater memineris, nunquam dæmonem in Eccleſia non ſeminaſſe zizania, vt inter ſe ipſos Chriſti ſectatores committeret; idque non per manifeſtam impietatem conatum, ſed zeli obtentu, & ſimulatione pie-

 tatis;

tatis; Quemadmodùm in præſentia zeli nomine moueri videntur Chriſtiani quidam, Religioſique profeſſi ad Societatis tranquillitatem turbandam; quod mea quidem ſententia nihil aliud eſt, quàm opponere ſe præſidiis, quæ in hæc tam periculoſa tempora comparauit Deus Eccleſiæ ſuæ. Iſte verò aduerſantium zelus haudquaquam zelus eſt Domini, ſed admodùm carnalis, cui quamvis perſonam ſpiritus velint imponere, re vera zelus eſt contentionis, non quærens, quæ Dei ſunt, ſed quæ per Societatis exiſtimationem detrahi putant ſibi. Itaque & hic locum habet, quod dixit Apoſtolus; Cùm ſit inter vos zelus, & contentio, nonnè carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Nunquid diuiſus eſt Chriſtus? Quid eſt Paulus, quid Apollo? Quid Dominicus, quid Sanctus Franciſcus? Nonnè miniſtri Dei ſunt, cuius & ipſa Societas eſt? Proindè abſiſtant diſſidium facere inter Societates, ſodalitatéſque vnius, atque eiuſdem Domini. Recordentur, quod dixit Apoſtolus; ſiuè per occaſionem, ſiuè per bonam voluntatem Chriſtus annuntietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Subeat & inconſulta Ioſuë æmulatio pro Moyſe, cùm monuit eum, vt duos illos prophetare in caſtris prohiberet. Si benè ſanctorum, in ſchola didiciſſent, ſcirent profectò, Societatem foueri debere, eíque fauendo obſequium præſtari Deo. Cæterùm nolo, hæc viros Societatis commoueant; nolo, quidquam

quam intepeſcat ardor. Suſtinuit ſemper Eccleſia, electíque eius hoc bellum, non à tyrannis modò, & confeſſis Chriſtianæ Religionis hoſtibus, ſed ab iis quoque, qui ſanctitatem profitebantur. Proindè teneant locum ſuum, neque hæc exagitatio, quamvis ab hominibus religioſis orta videatur, perturbet.]

32. Petrus de Villars Archiepiſcopus Vienneníis (vt refert Raynaudus *in Mantiſſa ad indiculum Sanctorum Lugdunenſium*) ſolitus erat aſſerere Societatis bonum ſtatum cum Eccleſiæ Dei bono nexum, & complicatum eſſe, & propterea ex tribus coronis precariis Deiparæ, quas quotidie percurrebat, vnam ſemper addicere Societati.

33. Vincentius Laureus Epiſcopus Montis regalis in ſubalpinis, poſtmodúmque Cardinalis epiſtolam ſcripſit Patre Didaco Laynez Præpoſito Generali Societatis Ieſu, in qua hæc enunciat. [Iam verò Cardinalis (loquitur de Cardinali Furnonio, Galliarum lumine) pro optima opinione, quam ſemper de ſanctimonia vitæ, doctrinæque integritate ſacratiſſimæ Societatis Ieſu habuit, perſuadet ſibi, ſuam hanc patriam, contra impetum quemvis, fraudémque Tartaream reddere inexpugnabilem poſſe, ſi præſidium ei de veſtris hominibus imponat, ſuúmque Collegium cuſtodiæ Societatis fidæ, ſanctæque committat. Neque verò vni oppido, ſed toti Regno, ſperat, ſe in-

gens

gens commodum allaturum. Etenim Collegium peropportunum cùm ſit, poteſt multos è Societate præſtantes enutrire Viros, quos per Galliam ſparſos, certa ſpes eſt, vbique innocentia vitæ, ac Dei verbo eiecturos, iugulaturóſque Catholicæ Fidei hoſtes, & in priſtinum Catholicæ Religionis ſplendorem Regnum omne reſtituturos. Nec leue erit commodum, tam multos adoleſcentes ex quibus deindè Antiſtites Religioſi Viri, magni Cancellarij, Præſides, Conſiliarij, Senatores, ac cæteri Magiſtratus, regníque Adminiſtri creantur, à primis annis in ſancto Dei timore educari, & Catholicæ cuſtodia pietatis. Feciſſet Deus vt in omni Galliâ Societatis extructa Collegia eſſent; non ita laborandum Pontifici ſummo eſſet, ad populum olim pietate inclytum in ſanctæ ſedis obſequio, & matris Eccleſiæ gremio retinendum. Huius rei gratia quiuis fidelis Chriſti cultor diuinæ bonitati gratias debet agere, quòd in ſummis hiſce calamitatibus quaſi è cœlo dimittere ad nos hanc verè cæleſtem Societatem dignata eſt.]

34 Ludouicus Maioranus Epiſcopus Caſtelli à mare in Regno Neapolitano *lib. 2. de vero Dei cultu, cap. 17.* hæc habet. [Quamquam, vt ad noſtras aures peruenit, nunc etiam nonnulli ex eodem Societatis Ieſu nobiliſſimo (& vt ſacroſancti Concilij Tridentini verbo vtar) pio inſtituto clariſſimi Theologi neſcio quid magnum pro eadem veritate Catholica

tholica moliantur; quemadmodum ſemper iidem optimi Patres & doctrina, & moribus per totum ferè Chriſtianum orbem moliti ſunt, ex quo cœlitùs nobis ad inſtaurandam, & propagandam labentem Eccleſiam aduenerunt.]

35. Frater Ioannes Suarius, ex clariſſima D. Auguſtini Familia, Epiſcopus Conimbricenſis, cùm ad Concilium Tridentinum proficiſceretur, ideò ſe lætum, atque ſecurum abire profeſſus eſt, quia oues ſuas Religioſis Societatis commendatas relinquebat, vt refertur *in Hiſtor. Societ. tom. 2. lib. 5. num. 13.* Epiſcopus Albergatus, litteris datis ad Gregorium XV. loquens de S. P. Ignatio ait; [Beatus iſte eam Societatem Eccleſiæ Catholicæ peperit, quæ velut murus ſe opponit vniuerſæ impietati pro domo Dei. Teſtis oculatus loquor, & ſceleris arguerer, ſi tacerem; pugnauit ſanguine, pugnátque adhuc conſtantiſſimè.]

35 Bartholomæus de Torres Epiſcopus Canarienſis hæc teſtatus eſt;] Aio præterea ex qua die Sanctam hanc Societatem noui, nullum vnquam crimen) errorémve compertium in hominibus, qui quidem ex verè ea eſſent &c. Me quidem profiteor Compluti ad eam formam exercitum; ac Deum teſtor, triginta annis, quibus verſor in ſtudiis ſapientiæ, & permultis, quibus Theologiam doceo nunquam ad meam vtilitatem dediciſſe tantum, quantùm me diebus paucis exercitia docuerunt.]

Loquitur

Loquitur de exercitiis ſpiritualibus S.P.Ignatij. Refertur id *in hiſtor.Societ.lib.* 13. *num.* 34. Idem ex ciuitate Siguntina, in qua Cathedram regebat, plures Canonicos, ac Doctores Complutum mittebat, ad ea exercitia ſpiritualia S.P.Ignatij peragenda; è quibus vnus fuit poſtmodùm Eminentiſſimus Cardinalis Eſpinoſa, Quæſitor generalis Fidei, & Caſtellæ Præſes. Ita P. Nieremberg *in vita S. Ignatij cap.*38.*pag.*122.

37. Ferdinandus Martinez Maſcarenas Epiſcopus Algarbiorum, & in Luſitania ſupremus ſanctæ Fidei Quæſitor eam de Societate exiſtimationem protulit, [Ex illius ſanctiſſimo Inſtituto, tanquam ex equo Troiano, plures iam Religione, Litteris, ac morum probitate Principes Viri prodierunt.]

38. Frater Antonius Perez ex illuſtri Benedictino Ordine Archiepiſcopus Tarraconenſis *in Laurea Salmantina, certam.* 6. *expoſitiue, cap.* 6. ita fatur. [Quando diuinus Ieſuitarum Ordo Ieſu veſtigia inſectatus, quinimò & faſtigia, quodammodò omnem penè hominem venientem in hunc mundum illuminaſſet, ſi in ſeceſſu aliquo ſecreto delituiſſet;] Idem *in pentatheuco Fidei Volum.*3. *de Scriptura dub.*5. *c.*3.*n.*21. inquit, [Et innumerabiles alij, omnes à Troiano illo equo exilientes, vtique à ſplendiſſima, & nobiliſſima Societate Ieſu.]

39. Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis, ex eadem Benedictina Familia *lib.*4.*Chronic,*

nic. ad annum Chriſti 113. affirmat, [Excitatam à Deo Societatem ad ædificandum, quo tempore Sathanas ad diruendum, Lutherum mouit; Socios præclara pro Religione geſſiſſe, quotidiéque gerere.]

40. Frater Prudentius de Sandoual, etiam Benedictinus, Epiſcopus Pampilonenſis *2. part. geſtorum Caroli V. Imperatoris, lib.* 24. §. 25. ſic loquitur. [Nam quo tempore ſub Arctoo polo Lutherus, aliíque hæretici, velut ſæuiſſimæ beſtiæ, vineam Dei Sabaoth depopulati ſunt, ſub occiduis mundi partibus B. Ignatium à ſæculi auocatum militia iuſſit meliores diſponere cohortes virorum, qui iiſdem functionibus vterentur, quibus primitiuæ, & ſurgentis Eccleſiæ exordiis Apoſtoli; quorum tandem excurſibus adimpleretur vaticinium illud memorabile: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quod nos & videmus, & luminibus contemplamur noſtris; nam patres Societatis Ieſu totum emenſi coſmum prædicando Nationibus, etiam Apoſtolorum veſtigiis non tritas regiones peragrarunt: quibus reſeruauit Omnipotens vtráſque Indias, aut ſaltem maiorem earum portionem, quas hi beati operarij, facti Apoſtolorum Coadiutores Euangelij face illuſtrarunt; Actúmque eſt diuina prouidentia, vt cùm Lutherus omnem Eccleſiaſticam harmoniam, atque admirandum concentum diſſolueret, confunderétque, Societas Ieſu (quos errans vulgus Theatinos

tinos nominat) rursùm ordini , & modo reſtitueret. Quorum equidem hominum gubernandi forma ex prudentiſſimis , eximiiſque , & charitate plenis eſt , quàm vnquam aliqua mundi Reſpublica experta ſit; quod & facilè demonſtrant tam magna incrementa exiguo admodùm interuallo vſque ad vltimos terrarum fines, Collegiorum mille dotationes ; profeſſores inſtituti , quos ſine exaggerationum periculo doctiſſimos nuncupare valemus: Prouinciæ , &. Nationes, quas Chriſto pepererunt ; quæſita toties per Martyrium mors; volumina ad poſteritatem tranſmiſſa eruditione , & ſolidiori doctrina referta ; aliáque innumera heroum opera , quæ in dies exercent , quæ fuſiùs proſequi omittimus , quoniam noſtram vincunt eloquentiam.]

41 Læuinus Torrentius Epiſcopus Antuerpienſis carmen compoſuit, quod incipit ; *O grata cœlo ſancta Sodalitas ; Rex regum Ieſus nomine quem ſuo : Exornat , illuſtratque , toto ; Vt celebris memoreris orbe.* Proſequitur multa de illuminatis Indis, & hæreſi triumphata à Societatis Ieſu Religioſis. Affertur id carmen à Ribadeneyra *in Catalogo Scriptorum Societatis ſub initium ;* In quo inter alia ait ; [nec receptis gloria Barbaris eſt maior illa , quam domiti dabunt Caluiníque Lutheríque , & omnes colluuies ſimul impiorum.]

42. Antoninus Zara Epiſcopus Petinenſis *in Anatomia ingeniorum , ſect. 1. cap. vnico ad ſinem*

finem, inquit; [quid de Ieſu Societate dicam? De illo ſcientiarum, ac virtutum omnium emporio? de illa Religionis arce firmiſſima? Ad cuius viros cùm oculorum aciem conuerto, veram mihi ideam priſcorum illorum, ac Sanctorum Patrum ſimilimam videor intueri. Hi enim nullum pro fide orthodoxa laborem renuunt, nullas neces, atque clades reformidant, ſed ſemper in campo, ſemper in ſole fidei verſantur, vt armata Religio veritate armatam falſitate vincat, & iugulet impietatem.]

§. VI.

Iudicium, exiſtimatio, & teſtimonia Imperatorum, Regum, & Dynaſtarum de Societate Ieſu, eiúſque pietate, fructu, & doctrina.

43. DE pluribus Imperatoribus, ac Regibus, & principibus erga Societatem valdè affectis hæc habet Staniſlaüs Reſius *in ſpongia aduerſus Polonum equitem, pag.* 130. (qui Polonus contra Societatem falſas inflixerat criminationes) [Adde inuictiſſimo, & ſapientiſſimo Cæſari Carolo V. notam præcipitis conſilij inurere, qui Panormitanum Collegium

legium iuuit magnoperè in Sicilia. Aude fratri eius Ferdinando, qui Viennenſe, Pragenſe, & Oenipontanum erexit. Aude Ioanni III. Sebaſtiano, Henrico Luſitaniæ Regibus, qui Conimbricenſe, Eborenſe, Vlyſſiponenſe Goenſe, Braſilienſe in India ædificarunt. Non commemorabo Carolum ſereniſſimum Græcenſis Collegij authorem. Nil dicam de Magdalena ſorore eius, quæ Halenſe erexit. Nil de Bauariæ Principe Catholiciſſimo, qui Monachienſe, & Ingolſtadienſe. Nil de Philiberto Sabaudiæ Duce, qui Taurinenſe, & Chiamberenſe. Nil de Florentinis, Ferrarienſibus, Mantuanis, Parmenſibus, Lotharingis, Guiſijs, Nuernenſibus Ducibus, & Collegiis afferam. Dies me deficeret, ſi Principes Eccleſiaſticos Societatis Collegiorum Authores, & Fundatores enumerare vellem.] Quibus omnibus æquo, vel potiori iure annumerare potuiſſet hic Author Catholicos Hiſpaniarum Reges noſtros Philippum II. & III. necnon Philippum IV. qui ſuæ eximiæ, pietatis, liberaliſſimè munificentiæ & affectus erga Societatem in latiſſimis ſuis Regnis monumenta inſignia ediderunt? Quantámque de doctrina Societatis exiſtimationem habeat noſter Rex magnus Philippus IV. ſatis propalauit, dum ſtudia Regia in Collegio Imperiali Matritenſi erexit, & ampliſſimè dotauit; & Salmantinum Regium Collegium à Sereniſſima Margarita Regina ipſius Parente erectum, munificentiſſimè fouet; aliáque
huiuſ

huiuſmodi plura tum eidem,tumPatri,& Auo Societas debet. Ait ipſe Staniſlaüs Reſius *vbi nuper p.*17.circa id ipsũ?[Sæpè accidiſſe audiuimus, vt nonnulli Germaniæ, Galliæ, Poloniæ quoque noſtræ Principes, datis ad Generales Ieſuitarum Præpoſitos Litteris, diligentiſſimè poſtularent, vt aliqui è Societate in eorum aulis viuere paterentur, ad quorum aſpectum, & correctionem Aularum aſſeclæ erubeſcerent, atque ad officium reuocarentur. Talis fuit &c.] Recenſet illicò plures Reges, & Principes, qui id præſtiterunt, & intra ſuas Aulas regias commorari voluerunt Patres aliquos Societatis, ad finem *nuper* libatum ad ipſo Authore.

44. De omnibus Germaniæ Imperatoribus, qui Societati addicti,ſemper ex ea Confeſſarios ſibi aſſumunt (ſicut & Chriſtianiſſimi Reges Galliæ, aliíque Monarchæ plures, & nunc temporis SS. D.N. Alexander VII. necnon Sereniſſima Regina Hiſpaniarum Maria Anna Auſtriaca)Adamus Contzen *de ſecr. Societ. pag.*23.aſſerit; Neque vllum in Germania Principem eſſe exiſtimo, cuius non publica,& priuata beneficia, ſingularíſque amoris indicia Societas habeat.

45. Vniuerſim autem de ſummis Principibus Cardinalis Vuilhelmus Alanus *in Apologia contra Eliſabethæ Reginæ edictum, cap. 6.* ita fatur de Religioſis Societatis.[Ob vitæ innocentiam, virtutes præclaras, excellentia exercitia, diligentiam, & dexteritatem,iuuentutem

tem

tem tàm in pietate, quàm in doctrina inſtituendi, & educandi, ob inſignem etiam, prudentiam ſingularem, & alia rara chariſmata illis à Deo conceſſa, adſciſcuntur non ſine magno Eccleſiæ emolumento, tum à ſummo Pontifice, tum ab aliis magnis Principibus Chriſtianis Concionatores, & Confeſſarij: Conſiliarij in rebus diuinis: in Academiis Profeſſores: reſtitutores morum collapſorum, ac reductores: & Magiſtri exquiſitiſſimi religionis, pietatis, & veri cultus Dei.

46. Rodolphus II. Imperator, Litteris ex Praga datis ad Clementem VIII. die 8. Iulij, anno 1600. quæ afferuntur à Paulo Layman *in defenſione in cauſa Monaſteriorum extinctorum, in Refutat. cap. 9. ad memb.* 10. ſic affatur. [Si enim in vllam orbis Chriſtiani gentem Societatis Ieſu ab illo (nempè S. P. Ignatio) inſtitutæ fructus extat, in Germaniam noſtram multitudine populorum penè immenſam, adeò in omnia Regna, ditionéſque vniuerſas ita ſeſe multiplicem effundit, vt obſcuratus ſuperiorum temporum iniuria domus Dei nitor quaſi nouo ſole illuſtratus vbique reſplendeſcere, maieſtatémque Religionis Catholicæ primæuam adferre videatur; ita ſiquidem, vt ſpes nobis pulcherrima ſit, fore, vt ardenter Societatis illius zelo, ac cœleſti, qua præfulget, doctrina, diuerſorum errorum, ſectarúmque tenebris diſiectis, ac diſcuſſis, ditio omnis noſtra verum Dei cultum

tum breui temporis intercapedine amplectatur.]

47. Ferdinandus I I. Imperator, vt refert Lamormanus *in comp. eius virtutum , cap.* 25. in ſuo Teſtamento hæc protulit. [Præ omnibus ſeriò, & ſummoperè cum feruore,& zelo commendamus noſtris ſucceſſoribus plurimùm venerandam Societatem Ieſu, eiúſque Patres, conſiderando , quantùm Eccleſiæ Catholicæ, non ſolùm his noſtris Auſtriacis, ſed in omnibus cæteris totius Chriſtianitatis Regnis, & Prouinciis proſint , quantúmque ſtudio , feruore , & fidelitate pro conſeruanda , & plantanda vbíque terrarum Religione Catholica præ cæteris omnibus laborent , quòd è contrà huic peruerſo , & ingrato mundo magis ſint odioſi, maioréſque perſecutiones patiantur , quàm quiuis alij , & hinc etiam maiori præſidio , & protectione indigent , & merentur; Quòd certè à noſtris hæredibus , & ſucceſſoribus factum iri confidimus. Et hæc eſt noſtra inuiolabilis voluntas &c. [Afferuntur etiam hæc verba à P. Quintanadueñas *tom.* 1. *ſingular. Appendicis tract.* 7. *dub.* 1. *num.* 9.

48. Sereniſſima Imperatrix Maria , quæ Matriti extremam vitam tranſegit , litteras ſcripſit ad Clementem VIII. die 14. Nouembris, anno 1598. in quibus hæc habet:[Experta & in Germania , & in Hiſpania cum animi magna conſolatione , quantum Religio Societatis

cietatis Ieſu Deo, & eius Eccleſiæ deſeruit, obligor ex intimo corde concupiſcere, & adniti eius conſeruationem, & augmentum; præſertim cùm videam eam à ſancta illa tua, & Apoſtolica ſede, & à Catholicis Principibus tantoperè coli, & adamari, quantum eam hæretici, & Pontificiæ Cathedræ omnes hoſtes deteſtantur. Perſuaſum enim habeo, tales fauores neceſſarios eſſe, vt fructus laborum, quos ſuſcipit, creſcat, & mercedis, atque præmij quaſi debitos titulo ob plura, & inſignia eius merita erga veſtram ſanctitatem, & totam Catholicam Eccleſiam, pro qua inceſſanter fatigatur. Veſtram Beatitudinem ſuppliciter deprecor, tum propter vniuerſalis Eccleſiæ gratiam, tum propter noſtræ in hanc Religionem deuotionis ardentiorem affectum, vt quàm commendatiſſimam veſtra habeat ſanctitas, & paternè defendat omnibus occaſionibus &c.] Affertur hæc epiſtola à Paulo Leonardo *in reſponſ. ad expoſtulationes contra ſcientiam mediam*, *part.* 1. *ſect.* 7. *num.* 29. Piiſſima hæc Imperatrix fundauit Collegium Imperiale Matritenſe Societatis Ieſu.

49. Hiſpaniarum Regina Sereniſſima Margarita Auſtriaca, quæ Confeſſarium ſemper è Societate retinuit, qua exiſtimatione, & amore circa illam fuerit affecta, ſatis propalauit in ſuo teſtamento, in quo ſic ait idiomate noſtro Hiſpano. [Y paraque quede ſiempre vna viua, y en ninguna manera vana, ſino

prouechoſa

prouechoſa memoria de mi en Eſpaña ; y aſi los Infieles de las Indias , como los Fieles deſtos Reynos participien, y gozen della , y antes todos mi alma, la del Rey mi ſeñor , y toda la Caſa de Auſtria, auiendolo primero conſiderado muy bien , y encomendadolo mucho à Dios nueſtro ſeñor , y à toda ſu Corte del cielo , me determinè con ſu diuino fauor dejar vna obra vniuerſal, y perpetua en la manera , que ſe ſigue. Primeramente mis Padres tuuieron grandiſſima deuocion à la Compañia de Ieſus , y murieron con ella.Mis abuelos fueron los primeros, que la truxeron à Alemania, y por mèdio della, y de los Collegios, que le fundaron , la conſeruaron en la Fe Catholica , como oy dia por gracia de Dios ſe ve. Deſpues los bienes , que yo deſde mi niñez recebi della, ſon innumerables,y tantos, y tales, que yo los eſtimo en mas,que toda la grandeza deſte mundo , y me hallo por obligada de monſtrarme , quanto yo pudiere, madre en lo temporal de los que à mi me fueron tan fieles padres en lo eſpiritual. Tābien,como todos ſaben,el grande,y increible fruto,que la Compañia por todo el mundo entre Fieles,y Infieles,y hereges,con todo genero de hombres hace ; Iuzgo por bienauenturado , à quien Dios hace eſta merced, que pueda de ſu hazienda fundar vn Collegio,y hazerſe particionero de tantos bienes. Aſi mirando de vna parte al fruto, que entre otros,y quiza mas que otros Collegios,haſta

aora hizo el Collegio de Salamanca, y à lo que de aqui adelante hara &c.] Eodem tenore multa proſequitur quæ reperientur apud me *tomo de Iure Academico*, *lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.*216.

49. Carolus IX. Rex Galliæ dicere ſolebat (vt teſtatur Franciſcus Montanus *in apolog.* contra Antonium Amaldum *c.* 54.) [Ieſuitas non tantùm in Cathedra peritos eſſe doctores explanandi liberalium Artium honeſtiſſimas diſciplinas, ſed etiam egregios Magiſtros formandæ, & ad virtutem inſtituendæ nobilitatis; atque vnicum Ieſuitarum Collegium pluris facere, & pro Religionis, & pro Regni amplificatione, quàm omnium munitiſſimam totius mundi arcem.] Rex hic Chriſtianiſſimus Lugduni (*ita in hiſtor. Societ.* 2. *part. lib.* 8. *num.* 80.) non dubitauit humaniſſimè ruere in amplexus P. Edmundi Augerij è Societate, grates ei referens pro laboribus ſuſceptis & ad nouos adhortans. Et meritò, is enim quadraginta millia hominum ad frugem, & ſanctimoniam conuertit, nuncupabatúrque ab omnibus *Tuba Franciæ*. Ita refert Cornelius à Lapide *in præfation. ad quatuor Prophetas maiores*, *quæſt.* 3.

50 Henricus II. Rex etiam Galliæ, ſic de Societatis Religioſis loquebatur; [Iſti viri egregij, probíque ſunt: vitam Apoſtolicam degunt: ac fructus, quemadmodùm rectè compertum habeo, ferunt præclaros toto orbe

be terrarum.] Sic *in hiſtor. Societat.tom.2. lib.3. num. 66.*

51. Henricus IV. Rex pariter Galliæ, hæc aſſeruit; [Summa hæc eſt : Ieſuitæ ſunt eiuſmodi, vt probis omnibus accepti ſint, improbis autem odioſi : veruntamen his, atque illis perutiles; vniuerſæ porrò Chriſtianæ Eccleſiæ perneceſſarij. Ac planè liquet, ingentes Indiarum tractus, tótque hæreticorum regiones ad Catholicam fidem per eoſdem acceſſiſſe.] Et addidit ; [De moribus Ieſuitarum nihil eſſe, quod obloqui quiſquam poſſit.] Ita poſſeuinus *in Apparatu, verbo Societas.* Aliud eiuſdem Henrici attulimus teſtimonium *ſuprà num. 7.* & plura poſſemus afferre ex Apologia, quam ipſe pro Societate Ieſu ad Senatum Pariſienſem ſcripſit: Ipſe etiam Rex ſummè lætatus eſt (vt narrat Henricus Titzimon *in Britonomachia, lib. 2. ſub finem præfat.*) Cùm ei oblatus fuit catalogus nominum, & cognominum ſexaginta ſex millium hominum, quos ſoli Patres Societatis Ieſu, in Gallia paucis annis à Caluiniſmo ad fidem Catholicam conuerterant.

52. Stephanum Regem Poloniæ refert Serarius *Moguntiacarum rerum lib. 5. cap. 11.* de Religioſis Societatis enuntiaſſe; [Vt cùm, religionis ipſius cauſa, digniſſimos eos clementia noſtra iudicemus, ob ſingularem pietatem & vitæ ſanctimoniam multò etiam chariores nobis ſint.]

53. Conſtantia Regina Poloniæ epiſtolam

ſcripſit Congregationi Generali Societatis Romæ coactæ, in qua hæc habet. [Nos verò in regno exiſtentes , cùm per temporum malitiam , improbitatémque , Societati gratificari nulla in re prorsùs potuimus hactenùs; voluimus tamen pro noſtro in eam ſtudio, & conatu , perpetuáque animi noſtri propopenſi teſtificatione, Sanctiſſimo Domino noſtro,tanquam oculi noſtri pupillam,quàm diligentiſſimè commendare.]

54. Albertus Dux Sereniſſimus Bauariæ in litteris conſcriptis ad P. Didacum Laynez Præpoſitum Generalem Societatis Ieſu anno 1560.deReligioſis Societatis ſic affatur[Quaſſatos vineæ Domini muros ita ſine intermiſſione reficiunt , vt non modò furioſus ille aper egregiè ab vuis arceatur , ſed vineam ipſam ſeminibus noxiis, & ſentibus perpurgatam , ſpes ſit , puriorem conſeruari haud difficiliter poſſe. Quis enim , niſi ſit ipſé quoque communi , qui totum Chriſtianum per orbem graſſatur , morbo infectus, non lætetur ex animo , inſanam Hæreticorum pertinaciam , ſumma eruditione, innocentiáque vitæ tuorum tandem infringi? Verè igitur, ac meritò tibi gratulamur talium filiorum Parenti , in quibus reuiuiſcentis Religionis , extirpandarúmque hæreſum vna firmiſſima ſpes conſiſtit. Cæterùm in hac noſtra lætitia vnum eſt, quo vehementer commouemur ; cùm enim verè Credentium , qui in dies magis, ac magis augetur numerus , id efficiat , vt

præter quotidianos in ſchola docendi labores, plurimum ſit in templis quoque, concionando, faciendo, impertiendóque diuina ſacra, & infinitas piorum confeſſiones audiendo, parúmque confirmatos fideliter edocendo, deſudandum; valdè veremur, ne pauci iſti operarij tui tanto oneri diu ferendo non ſint. Rogamus igitur clementi ſtudio, quemadmodum etiam ſuperioribus noſtris litteris à te contendimus, occupatiſſimorum, & ipſo ſub pondere collabentium filiorum miſertus plures in hanc copioſiſſimam meſſem emittas, qui cum illis, qui iam hic ſunt, integrum Collegium conſtituant, cui nos, quidquid erit neceſſe, ita ſuppeditabimus, vt & noſtrum in venerabilem iſtam Societatem amorem planè iterùm teſtemur, & ſacroſancta Catholica Religio domicilium apud nos perpetuum habere poſſit.] Afferuntur hæ litteræ *in par. hiſtor. Societ. l. b. 4. num.* 123. Plurima teſtimonia ſimilia poſſem in vnum colligere, ſed hæc ſuffecerint, ne nimium rem protrahamus.

§. VII.

Iudicium, & exiſtimatio Regnorum, Academiarum, ſacrarúmque Religionum de Societate Ieſu, eiúſque viris.

55. REgna Caſtellæ ad Clementem VIII. litteras olim conſcripſerunt ſuper Beatificatione S. P. Ignatij, in quibus aſſerebant de Societate Ieſu; [Militiam eſſe ſpiritualiſſimam à B. Ignatio erectam, quæ tam breui temporis interuallo tanto cum ſpiritu, & robore vexillum Crucis ad vltimos terrarum angulos deportauit; quæ face Euangelij tot Infidelium corda illuminauit; quæ ſcriptis Hæreſi reſiſtit, & ſanguine effuſo defenſat ſanctæ Apoſtolicæ Cathedræ authoritatem.] Eadem Caſtellæ Regna erexerunt hoc Collegium Hybernorum Salmantinum, cuius, cùm hæc exaro, Rector exiſto, vt ſub regimine Societatis Hyberni Catholici educarentur, & ſtudium Theologiæ percurrerent, iuramento obſtricti redeundi ab Hyberniam ad fidem Catholicam inter ſuos conſeruandam, & promouendam. Cui Collegio annuos redditus ad ſuſtentationem Rex noſter

ſter piiſſimus ſuppeditat, ſicut etiam pluribus aliis Collegiis, ſeu Seminariis Anglorum, Hybernorum & Scotorum, qui in eundem finem ad patrias redeundi, Fidémque promouendi, in eis verſantur; Quæ omnia Seminaria Reges noſtri voluerint, ſub regimine eſſe Societatis; experti ſanè, quàm benè ſub eo educentur, & quàm vberes indè fructus dimanent; cùm omnibus conſtet, Alumnos eiuſmodi Seminariorum egregiè in Anglia, Hybernia, & Scotia in vinea Domini laborare, iuuare Catholicos, miniſtrare Sacramenta, Concionibus priuatis, & conſiliis obſeruantiam veræ Religionis fauere, plurimóſque illuſtri Martyrio occumbere, quibus integra ſunt referta Volumina.

56. Academiæ celeberrimæ Salmanticenſis, & Complutenſis in Memoriali, quo contendebant, ſtudia Regia Matritenſia poſſe in ipſarum vergere detrimentum (nullum tamen indè ſecutum, experientia teſtatur) *num.* 5. aſſerunt de Societate Ieſu; [Sacram hanc familiam, eiúſque beatam ſobolem, quaſi iure quodam annexas; indiuiſáſque habere Sanctimoniam vnáque doctrinam; atque de his tantis dotibus æquiſſimam apud omnes orthodoxos exiſtimationem.] Et deindè *num.* 63. enuntiant; [Collocatos à Numine Patres Ieſuitas in Eccleſia, vt Euangelium publicarent: animas & regerent, & per virtutum calles agerent: diuinas traderent ſcientias; quæ vniuerſa ab illis ſumma cum per-

fectione præſtita; nam & apud ethnicas nationes, & per totum Orbem Euangelium vulgarunt, quod ſanguine etiam ſuo plantauerunt; & inter Catholicos animarum Magiſtri facti, eas in viam ſalutis ductarunt, tanto Reipublicæ commodo, & emolumento; ſacram explanauere doctrinam tanta cum eruditione, tot emiſſis voluminibus, ex quibus ad totam Eccleſiam tam ingens vtilitas.] Quod autem volumina circa omnes ſcientias, & cuius authoritatis ſcriptores Societatis ediderint, vide apud Bibliothecam Philippi de Alegambe, qui iuſto integro tomo ea recenſet, & poſtmodùm plurima alia Volumina prodierunt, quæ omnia numerum octo millium excedunt. Academia prætereà Salmantina, omnium Princeps, in ſupplici libello ad Regium Caſtellæ ſenatum oblatum ſuper doctrina in ipſo lycæo ſequenda, *artic.* 1. §. 4. *num.* 33. aſſerit, [Societatis Ieſu longè grauiſſimam eſſe authoritatem.] Pluráque encomia Societatis intermiſcet.

57. Academia Louanienſis, cùm Priuilegia, & Bullæ Societatis ei videndæ traditæ fuiſſent, hæc protuli: [Facultas Sacræ Theologiæ requiſita, vt Bullas, & priuilegia Societatis Ieſu examinaret, & quid ſibi de illius Inſtituto videretur, referret; eiſdem Bullis, & priuilegiis maturè viſis, examinatis & diſcuſſis: conſideratis quoque moribus, & conuerſatione eorum, qui de dicta Socie-

tate

tate pluribus annis magno cum fructu, & ædificatione Chriſti fidelium egerunt: reſpondit, eorum Inſtitutum pium, & ſanctum fore, & nihil in eorum priuilegiis, Bullis, moribus, & conuerſatione inueniri, quod toti Eccleſiæ, & inferiori Germaniæ non ſit expediens, & vtile.] Sic extat *in hiſt. Societ.* 1. *part. lib.* 10. *n.* 105.

58. Academia Ingolſtadienſis recipiens viros è Societate affirmauit; [Quorum ſingularis in ſacro-ſanctis ſtudiis ſcientia tum in omnibus diſciplinis exercitatio, poſtremo ſanctimonia vitæ expectationem omnium, eámque maximam, non ſolùm æquaret, verùm etiam ſuperaret.] Id refertur *in hiſt. Societ.* 1. *part. lib.* 9. *n.* 54.

59. Academia Pariſienſis, elapſo retrò tempore aduersùs Scholam Societatis durum edidit Decretum, quod Hiſpana Sanctæ Fidei Inquiſitio in ſua ditione prohibuit, vt refertur à Ribadeneyra in vita S. P. Ignatij, *lib.* 4. *cap.* 11. Quadraginta pòſt annis cùm Societas in Gallia, maximè ab hæreticis (vt Rex Henricus IV. teſtatus fuit *ſuprà*) quateretur, hæc inſignis Academia Parienſis iudicium protulit, eam omnino fore retinendam.

60. Omitto, plures Academias Societati Ieſu in variis Regnis fuiſſe traditas ab Imperatoribus, & ſummis Principibus; quod eorum exiſtimationem de doctrina, & dexteritate virorum Societatis manifeſtat. Miſſa

etiam facio innumera teſtimonia Academiarum, Antiſtitum, & præſtantium vndequaque virorum approbantium, & laudantium doctrinam Scholaſticam Societatis, etiámque eas opiniones, de quibus ingentes extitere controuerſiæ. Videat, qui velit, Paulum Leonardum *in reſponſ. ad expoſtulationes contra ſcientiam mediam*, & plures alios paſſim.

61. Sacra Religio Carthuſienſium Litteras ſua ſpontè ſcripſit ad Societatis Patres Romæ congregatos, in quibus hæc habentur. [Audita fama odorifera, Fratres in Domino dilectiſſimi, de veſtra exemplari conuerſatione, ſalutari doctrina, & voluntaria paupertate, cæteríſque virtutibus, quibus in tenebris noſtri deplorandi ſæculi refulgentes perhibemini, homines in via perditionis errantes ad arctam viam ſalutis reuocare: vacillantes ſtabilire, ſtantéſque ad proficiendum in virtutibus ſtimulare, & magnum in Domino Eccleſiæ Catholicæ fructum afferre; gauiſi ſumus in Domino, gratias illi agentes, quòd in tanta deſolatæ Eccleſiæ ſuæ calamitate qua præmimur, excitare dignatus eſt, & mittere nouos operarios in vineam ſuam recordatus miſericordiæ ſuæ. In qua quidem ſancto opere cupientes vobis pro noſtro modulo cooperari, fraternitatem veſtram obſecramus &c.] Decreuerunt Carthuſienſes, vt in his Litteris proſequuntur & extant *in hiſt. Societ.* 1. *tom. lib.* 4. *num.* 107. & apud

Ribade

Ribadeneyram *in vita Sancti Ignatij lib.* 3. *cap* 12. inter ſuum Ordinem, & Societatem Ieſu peculiaris amicitiæ fœdera ſancienda, theſauróſque interiores ſuos omnes, & bona cuncta ſpiritualia communicanda Societati.

62. Monaſterium Montis-Serratis Sacræ Benedictinorum familiæ, in quo S. P. Ignatius prima ſpiritualia elementa vitæ perfectioris hauſit, omnium Monachorum conſenſu litteras Confraternitatis ritè confecit, in quibus totam Societatem Ieſu in conſortium, & partem omnium ſuorum bonorum operum admiſit. Ita *in hiſt. Societ.* 2. *part. lib.* 2. *num.* 147.

63. Clerici Regulares Sacri Ordinis Theatinorum vſque adeò erga Societatem fuerunt affecti (vt refertur *in hiſt. Societ. lib.* 12. *num.* 13.) vt exoptauerint ei aggregari, vnúmque cum ipſa conficere corpus. Verùm S. P. Ignatius iudicauit maiorem fore Dei gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem, ſi vnaquæque Familia ſeorſim vt incepit, decurreret.

64. Ex illuſtri, & Sanctiſſimo Minorum Ordine Capitulum Generale totius Religionis celebratum anno 1565. inrer alia decreuit, vt omnes Minoritæ erga quamcumque Sacram Religionem eſſent ſectatores officioſi, *ſed præcipuè erga Societatis Ieſu alumnos*, quos deberent diligere, colere, ad publicas diſputationes vocare, ad ſolemnia Sanctorum Ordinis Feſta; nullúſque auderet apertè, aut clanculùm eorum viuendi piiſſimam normam ſuggillare

 gillare

gilare. Ita Ribedeneyra *in vita S. P. Ignatij lib. 3. cap. 17.*

65. Clerici Regulares Bernabitæ Mediolanenſes eximio affectu Societatem ſunt proſecuti, & cùm primùm audierunt, S. P. Ignatium ex hac ad vitam beatam migraſſe, indicem ſui doloris Epiſtolam ad eius ſocios ſcripſere, in qua hæc habentur. [Viuit apud omnes, quocumque ſe per totum Orbem nomen Chriſti protendit, dulcis, & grata Sancti Viri memoria, qui tantùm de Chriſtiana Republica meritus eſt; quo Magiſtro ac duce Chriſti fides, religio, doctrina adeò propagata eſt, vt ipſos quoque Antipodas penetrauerit, apud quos multa millia hominum ad Fidem conuerſa nouam Eccleſiam, primæ illi Apoſtolicæ æmulam, nouos Apoſtolos, nouos Martyres legimus extitiſſe.] Ita *in hiſt. Societ. lib. 16. num. 124.*

§. VIII.

Iudicium, & teſtimonia virorum è Sacris Religionibus eminentium de Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu.

66. FRater Franciſcus Romæus Generalis eximij Ordinis Prædicatorum ad ſuos Litteras

Litteras ſcripſit, in quibus aiebat. [Pateat vobis, qualiter hoc calamitoſo tempore, quo Religio Chriſtiana hæreticorum telis impetitur, malorúmque Chriſtianorum peruerſis moribus labefactatur, nouus Ordo Presbyterorum Regularium ſub titulo nominis Ieſu, de vrbe quaſi præſidiaria manus Dei benignitate ſubmiſſus eſt; quam ob ingentes fructus, quos in Eccleſia facit, ſanctiſſimus Dominus noſter Papa Paulus III. approbauit, & confirmauit. Quod ideò vobis ſignificatum volumus ne huius Inſtituti nouitate ſeductus quiſpiam veſtrum commilitones ſuos ad eumdem ſcopum tendentes, & à Deo ſuppetias miſſos, per errorem fortaſsè oppugnet, eorúmque detrahat Inſtitutis, quorum fructibus gratulari, & pios actus imitari debuerat.] Extant hæ Litteræ *in hiſt. Societ. 1. part. l. 8. num. 5.*

67. Frater Dominicus Grauina, ex eodem inſigni Prædicatorum Ordine Magiſter *in voce Turturis, part. 2. cap.* 30. ita affatur: [Ad nouiſſimos vineæ Chriſti Domini cultores, Patres venerabilis Societatis Ieſu meritò nuncupatos (dicente Ambroſio ſerm. 47. conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & operis) intuendos deſcendo: Vitis illa abundans illicò occurret, de qua dici poteſt, quod ſcripſit Oſeas *c.* 14. ibunt rami eius; & quaſi oliua gloria eius & ordo eius vt Libani. Abundans certè vitis, non in lateribus domus Dei plantata, occurrit S. Ignatius de

Loyola

Loyola; quam cum cœleſtis agricola ab actibus huius fæculi propurgaſſet, conuertens militis lanceas in falces, & gladios in vomeres ad aranda Gentilium pectora pro Euangelij diſſeminatione; adeò creuit in filiis ſuis vt iam extenderit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius. Mittuntur ſiquidem rami eius ad Indos, ad Lydios, ad Lybiam, Æthiopiam, aliáſque remotiſſimas regiones, ad Inſulas longè quæ de Deo non audierunt alacriter properantes, tanquàm cooperatores terram humani cordis concionibus, confeſſionibus, lectionibus, catechiſmo excolunt, & cœleſti prædicationis imbre; & rore irrigantes fœcundant, & foliis, floribus, fructibus hoc eſt, doctrina, verbo, & exẽplo viuidos ramos tantæ vitis ſatis oſtendunt. Pendent è ramis botri Martyres illuſtres nec deeſt (dicam cum Cypriano epiſt. 16. ad Moyſem, & Mariam) autumno ad munera fungenda temporis gratia ſpiritualis: vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus vua calcatur. Innumeri enim huius vineæ alumni, partim Sacerdotes, partim laici à Gentilibus, aut hæreticis expreſſi, vinum Martyrij meraciſſimum in cellam vinariam Sponſi inferentes recenſentur à Societatis huius teneræ incunabulis vſque ad præſentia tempora, qui lauerunt in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine Agni pallium ſuum, glorioſè pro Chriſto occumbentes. Quis verò recenſeat Guzmanos, Padillas, multóſque alios

alios Dynaſtarum, & innumerabilium illuſtrium Virorũ filios, calcatis mundi illecebris, nudum Chriſt. ſequentes, & in altiſſima paupertate ditiſſimos & virentibus meritorũ foliis vitẽ Protoparentis exornantes? & quis multitudinem eorum, qui cum perfectionis, aut opinione ſanctitatis obierunt; Numa Rex Collegiũ figulorum inſtituit; Ignatius ſpiritualium figulorum Collegia erexit, ad peccatores, qui dicunt, facti ſumus ſicut vas perditum, reparandos, ad quos conuerſionis munus & tenellæ iuuentutis rectam educationem, omnem curam, laborem, induſtriam dirigunt. Horum figura in veteri teſtamento præceſſit; nam de Ioſaphat legitur 2. Paralipom. *cap.* 17. quod tertio anno regni ſui miſit de Principibus ſuis Benhaïl, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanaël, Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Phaſuël quoque, & Semiramoth, & Ionathan, Adoniámque, & Tobiam; docebántque populum in Iuda habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. Non eſt, cur illis obiiciatur Iſaïæ *cap.* 33. Vbi eſt Litteratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? Paſſim enim tibi occurrent doctiſſimi Theologi Scholaſtici, Scripturarum Interpretes. O vitem abundantem! ô vitem fructiferam! ô Libanum omni amænitate refertum! ô nouiſſimos operarios in vineam Domi-

ni

ni conductos à Patrefamilias, qui non imparem in Eccleſia laborem pertulerunt, quàm priores agricolæ portantes pondus diei, æſtus. Deerat tertius collabantis mundi ſuſtentator, & de duobus prouiſum erat, Dominico, & Franciſco, qui manus diuinas, tres in orbem ſagittas iacientes (ſic viſum, cùm Ordines Prædicatorum, & Minorum inſtituendi erant, diuinitùs oſtenſum eſt) reſtringeret; Tertius ſupererat ad tertiam ſagittam reparandam; En Sanctus Ignatius. Et ſicut Deus Dominicum, & Franciſcum ſagittas electas deſtinauit vt ſagittarent corda inimicorum Regis; è diuina pharetra ſagitta tertia emittitur: Iſaïæ vaticinium completur; Mittam ex eis, (*cap. 66.*) qui ſaluati ſunt, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes, ſagittam in italiam, & Græciam, ad inſulas longè ad eos, qui non audierunt de me. Vndè hos tres Ordines iiſdem penè Inſtitutis Dominus voluit colligare, vt vberem meſſem reportarent. non tantùm fæces Iſraël conuertendo, ſed ſalutem Domini, & lucem gentibus adducendo, vſque ad extremos terræ; Antipodes conuertendo: Occidentales, & Orientales Indos luſtrando; vt verè impletum ſit de his præcipuè tribus Ordinibus, quod dicit Iſaïas *cap.* 11. & volabunt in humeros Philiſtiim per mare, ſimul prædabuntur filios Orientis. Liceat vaticinium viri Apoſtolici Sancti Vincentij Ferrerij coronidis, loco ſanctæ Societati adaptare.] Quod vaticinium

nium expendit, & deindè *cap.* 32. inquit; [Futurum in Eccleſia fructum maximum ſtrenuorum militum Societatis Ieſu, qui ad defendendam Eccleſiam ipſi hac miſerrima ætate diuinitùs miſſi ſunt, vberem meſſem inferentes in horrea Domini, eadem Virgo (loquitur de Sancta Thereſia de Ieſu) præuidit. Rapta enim in cœlo vidit multos homines huius Sanctæ Societatis, vexilla alba in manibus geſtantes; vnde admiranti, & lætanti de huius inſtituti, quod ſummoperè diligebat, etiam futuro progreſſu, dixit ei Dominus Ieſus Chriſtus; O ſi ſcires, quàm his futuris temporibus Eccleſiam iuuabunt?]

68. Frater Gregorius de Alfaro ex ſacro Benedictinorum cœtu *in vita Domini Franciſci de Reynoſo Epiſcopi Cordubenſis cap.* 15. de Societate Ieſu ait; [Religionem noſtra ætate compoſitam ad Dei ſummam laudem, Eccleſiæ ingens emolumentum; quidquid ſcribit, legit, prædicat, animarum ad vtilitatem collimare vniuerſa; Incredibile eſſe, quantùm in erudienda iuuentute diligentiæ ponat, quámque id miniſterij genus proficuum ſit; noua ſydera, nouáſque aperuiſſe terras, quibus Crucis labarum ſplendeſcere fecerint, ſuperatis immenſis laboribus, & oblato ſanguine pro infidelium cultura; eius dignam commendationem opus eſſe ſublimioris calami. Denique ad animarum bonum & induſtriam quaſi natos eſſe & generatim peritiſſimos

mos naucleros in hoc mortalitatis procelloſo mari.]

69. Mag. Frater Ioannes Marquez ex illuſtri Auguſtiniana Familia , *in Gubernatore Chriſtiano , lib. 2. cap. 24.* ſic fatur. [notauit ingenioſè Genebrardus *lib. 4. Chronolog. anno* 1521. hoc ipſo anno , quo celebrata eſt dicta Vuormatienſis , atque Luthero contigerunt, quæ de eo hiſtorici produnt , incepiſſe ſanctum illum virum Ignatium de Loyola fundamenta ponere inſtituti Societatis Ieſu,quæ inter floridiores Eccleſiæ cœtus de iis eſt, qui maiores fructus attulere , ex qua , velut ex equo Troiano , hoc ſæculo proſiliere viri inſignes,qui non minùs proſperè calamo decertarunt aduerſum peſſimum Hæreſiarcham , & eius aſſeclas , quàm glorioſus Imperator Carolus V. gladio.]

70. Fr. Bruno Lother , ex inſigni Carthuſianorum Ordine , dicauit nomine Carthuſiæ Agrippinenſis S. P. Ignatio adhuc viuenti , & huius Sociis, librum , cui titulus eſt *Opera contemplatiua Henrici Harpij*, & in Epiſtola dedicatoria ait ; [Vbi & ſiquidem ob flagitia, & errata noſtra vnquam relinquendi ſumus à Deo , iam vel maximè timendum eſt , quando vſque eò omnis creuit impietas,vt vir poſſit vltrà progredi. Vnum dumtaxàt ſupereſt, quod nobis melioris ſpei fiduciam ingerit,veſtra nimirum Societas, noua iſta, præclaráque Profeſſio , & numquam ſatis laudatum vitæ Inſtitutum.Cùm enim certis probemus experimentis

rimentis, fructus optimos è vobis prodire, non ambigimus, ex Chriſti ſpiritu profectum eſſe, quod aggreſſi eſtis; prorſúſque nobis perſuademus, fore, vt per veſtros quandóque Chriſti Eccleſia in melius reformetur, maximè cùm id in primis curæ ſit, vt quoad eius fieri poteſt, omnes ad veram pietatem prouehatis.]

71. Fr. Franciſcus de Royas, ex clariſſima Minorum Religione, *tom. 2. Comment. in Concordiam Euangel. pro arcanis menſis Iulij, in feſto S. Ignatij*, ita fatur. [Magne Pater Ignati, tibi ſoli gloriari licèt pro Tuis de Samſonis effato; ſi non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam; Vobis ego ſcientiarum lumina ſpondeo, niſi vitula mea prociſſæ fuiſſent glebæ, ænigmatum vos latuiſſent proculdubiò arcana; meum eſt, quòd Theoſophiæ abſtruſa pateſcant; meum, quòd Scripturarum ſalebræ vincantur; meum, quòd ad Philoſophicas diſciplinas facilis ingreſſus apertus ſit. Quid victas infidelium prouincias, & Chriſto ſubiugatas memorem; Quid oppreſſam hæreſim? Iam ſi à ſummis ad minimos quóſque omnes contemplemur, quàm mitia in illis quæque, & iucunda! quàm benigna, & affabilis modeſtia! quam dulcis charitas! Verè Cœtus ille virtutis Gymnaſium, honeſtatis Lycæum, probitatis Academia.

72. Fr. Ioannes Baptiſta Lezana, ex ſacro calceatį Carmeli Ordine, *opuſculo De concep. Virg. Mariæ cap. 2.* enuntiat; [Ieſuiticam Societa

cietatem vniuerſo mundo celeberrimam, & colendiſſimam, vnicam, ſplendidiſſimámque Religionem.

73. Fr. Thomas à Ieſu ex inſigni Carmeli diſcalceati Familia, *in opere de procuranda ſalute omnium gentium, lib. 2. cap. 5.* inquit; [Quamvis plurimi operæ plurimum poſuerint, vt Chriſti nomen ab omnibus per ea loca agnoſceretur, præcipua tamen laus omnium conſenſu Franciſco Xauerio Societatis Ieſu debetur.] Amplius ſe extendit Fr. Hieronymus Gracian ex eadem Familia *in ſtimulo propagationis fidei, pag.* 34. affirmans, Societatis Ieſu in Europa mirabile crementum à Deo præordinatum fuiſſe ob inſignes, quos adhibuit, conatus in procuranda Indorum ſalute, quibus pares fructus reſponderunt, Deo ſecundante labores.

74. Fr. Claudius Rangolius ex ſacra Minimorum S. Franciſci de Paula Religione, *in Commentar. lib.* 1. *Reg. cap.* 1. *ad verſ.* 28. de erudienda iuuentute agens ſic loquitur. [Noſtris verò temporibus Societatis Ieſu Religioſi Patres eamdem partem, Deo authore, nacti ſunt, quam probè, & gnauiter exornant; reclamantibus licèt toto orbe hæreticis, & nonnullis etiam Catholicis, qui eorum impigram ſolertiam ſuſpectam habent, tanquam aliud amplius regno cælorum, ſi permittantur, ſint quæſituri.

75 Paulus Morigia, ex Ordine Ieſuatorum *lib. de hiſtor. Religionum, cap.* 52. ait; [Societatem

cietatem tantùm tàm exiguo interuallo creuiſſe, vt in ſtuporem rapuerit vniuerſum orbem; eius encomiorum longiori tractatione ſuperſedeo, quòd illius geſta præclariſſima notiſſima ſint mundo.

76. Thoma Bozius, Clericus Regularis Oratorij, *tom. 1. de ſignis Eccleſiæ lib. 6. c. 3.* fatur. [Age verò, maxima de Xauerio dicamus. Vniuerſi hæretici ab Eccleſiæ Chriſtianæ conſtitutione per tot ſæcula, [per annos mille quingentos,& amplius non traduxere ad hæreſes ſuas tot gentes, aut idololatras, aut alioquin à Chriſti cultu alienas, quot vnus Xauerius ad Chriſti cultum annis vndecim; tot enim fuit in Indiis vir iſte admirandus. Quis hoc non obſtupeſcat?] quantum debet Orbis Chriſtianus Societati Ieſu, quæ Xauerium Eccleſiæ dedit! Idem Author *lib. 5. cap. 3.* inquit; [Quin etiam memoria noſtra videmus ampliſſimam diuinitùs excitatam Soc. Ieſu, quæ totius Orbis loca percurrens, id vnum præ oculis habet, vt in præcipuis quarũ libet regionum ciuitatibus excitentur gymnaſia, in quibus per eos ad bonas Litteras, moréſque pios, & verè Chriſtianos adoleſcentuli erudiantur.] Id Author *lib. 7. cap. 1.* fatur? Ignatius Loyola Hiſpanus & ipſe, cùm ſe totum dediſſet diuinis quantos fecerit progreſſus, ex eo poſſumus coniicere, quòd celeberrimam Ieſu Societatem conſtituit, cuius eſt in Euangelio, vt Pauli vtar verbis, maxima laus apud omnes.

78. Au

77. Auguſtinus Mannus Clericus Regularis eiuſdem Congregationis Oratorij, *Sacrarum Hiſtoriar. cap.* 28. loquens de nouo Orbe ait; [Recenſebimus, quæ religioſiſſ. Patres Societatis Ieſu propriis viderunt oculis; quorum opera ſingulari, Ieſu iuuante, tenebræ illæ penè omnes fugatæ ſunt è regionibus illis.] Idem Author *cap.* 35. inquit; [Venerabiles Patres Societatis Ieſu, qui à Deo vtriúſque orbis Apoſtoli conſtituti, docent vbíque ſcientiam ſalutis eos, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent.] Idem Author *cap.* 261. hæc habet. [Sed & B. Ignatius venerandæ Societatis Ieſu ſapientiſſimus Inſtitutor, Spiritu ſancto plenus, Religionem ſuam inſtituit, quæ hodie per vtrumque orbem propagata, mundum fulcit, ne cadat. Qua in re videri poteſt, cuius ſpiritus eſſet, qui opus tam magnum facere potuit.]

78. Paginas poſſem implere encomiis, quæ de Societate Ieſu ſcripſit Fr. Ludouicus de Strada ex illuſtri Ciſtercienſium Ordine. Hic etenim Apologiam pro Societatis alumnis in lucem edidit, & prætereà ex Monaſterio Sanctæ Mariæ de Huerta Litteras miſit ad Septimacenſem Domum laudibus Societatis, eiúſque Religioſorum refertas; Videantur *in hiſtor. Societ.* 1. *part. lib.* 16. *num.* 125.

§. IX.

§. IX.

Aliorum ex Sacris Ordinibus præſtantium virorum iudicium, & teſtimonia de Societate Ieſu, eiúſque pietate, doctrina, & fructu.

79. FRater Ludouicus de Miranda ex Seraphico Ordine *tom. 1. director. Prælator. Regul. quæſt. 4. art. 12.* ſic fatur. [Inter Religiones celebres, & illuſtres quæ ſummo Dei beneficio in Eccleſia vigent, quæ & breui temporis ſpatio magna ſuſcepit incrementa, non mediocrem locum tenet Religio Societatis Ieſu. Huius Societatis & Familiæ præcipuum eſt ſtudium, atque exercitium, litteris, & hominum ſpiritali ſaluti incumbere, docendo, legendo, prædicando, ac confeſſiones fidelium audiendo, pueros, & omnes alios in doctrina ſancta erudiendo, ſumma modeſtia, & religione & quàm maxima fidelium omnium ædificatione.]

80. Fr. Petrus Mercæus Cratepolius ex eodem Ordine *in ſuis Annalib.* inquit [Vniuerſitas Moguntina Reuerendiſſimo & Illuſtriſſ. Domino Danieli nitorem, & reſtitutionẽ debet, qui Illuſtriſſimus Princeps anno Domini

mini 1562.Domino è Societate Ieſu præfecit; qui dum mitiora artium ſtudia maxima dexteritate, & facilitate tradunt; Moguntinam, ſuperioríſque Germaniæ iuuentutem, doctrinæ, pietatíſque nitoribus expoliunt.

81. Fr. Emanuël Rodriguez ex eodem Ordine *tom.*1. *qq. Regular. quæſt.* 2. *art.* 9. hæc habet. [Suſcitatus fuit ab inferis illa turpiſſima beſtia Martinus Lutherus, qui ſuis infeſtis hæreſibus Reginam hanc ſtantem à dextris Dei in veſtitu deaurato circumdatam varietatibus denigrare,ac fædare nixus eſt, auertens fideles à pœnitentia, & frequentia Sacramentorum, & à ſummi Pontificis Romani obedientia. At ille omnipotens ſermo Dei à Regalibus ſedibus veniens iſtam ſuam chariſſimam ſponſam viſitans ſuſcitauit è cœlis Ignatium Loyola cum ſanctiſſimis Sociis,qui acerrimus dux cum ſuis Sodalibus, zelo omnes feruentiſſimo æſtuãtes, contra Lutherum, omnéſque eius ſequaces caſtra poſuerunt.]

82. Fr.Ioannes de Salcedo ex eodem Ordine *in Aſſertionibus dicatis* ſummo Pontifici Vrbano VIII.anno 1625.pro Prouincia Conceptionis in Comitiis Generalibus Ordinis Romæ habitis, ſic aſſerit; [Inter ſacros verò Religioſorum Ordines,glorioſè pro Maria decertauit Societas Ieſu Sanctorum,& ſapientum ad miraculum fœcunda mater,dexterum Eccleſiæ brachium,digitus Dei,calamus ſcribæ velociter ſcribentis : ita ſanè velociter, vt ſuprà quadringentos Scriptores diuinis,& humanis

manis ſcientiis tenebreſcentem iam Orbem repentè illuſtrauerint.]

83. Fr. Antonius de San Roman ex Benedictina Familia *in hiſtor. India Orient.* 3. *l.* 26. ait, eo tempore, quo maximè Eccleſia Dei periclitabatur, excitatum à Deo in ſubſidium dilectæ ſponſæ ſuæ S. Ignatium de Loyola. Et toto volumine multus eſt in enarrandis Societatis Ieſu geſtis, eiúſque Religioſos paſſim vocat noui Orbis Apoſtolos.

84. Fr. Bartholomæus de Segura ex eadem Familia *in Amazonide Chriſtiana*, *cantu* 9. enunciat, in Societate Ieſu reperiri, quidquid in veteribus Eccleſiæ athletis emicans apparuit: Athanaſij inuictum robur, & conſtantiam: Tertulliani eloquentiam: Gregorij tropologias: Auguſtini vim acerrimam aduerſus hæreſes: Hieronymi in exponendis ſacris Scripturis acumen, atque multiplicem linguarum peritiam.

85. Fr. Abrahamus Bzouius ex præclara Familia Prædicatorum *in lib. Romanus Pontifex, cap.* 24. ſic ediſſerit. [Paulus III. Paulus IV. Pius IV. & Pius V. necnon Gregorius XIII. Patres Societatis Ieſu in vaſtiſſima illa Indiarum, ac noui Orbis regna ire iuſſerunt; quò cùm intraſſent; parùm habuerunt, Chriſtianos, qui iam erant, excolere, niſi & Euangelium latiùs propagarent, eóque inferrent, quò numquam anteà peruenerat. In Iapone enim, ſexaginta Regnorum Regione, quidquid eſt Religionis, ac Fidei, ipſi ſoli plantaue

rauerunt ſoli rigauerunt, Deus autem tale incrementum dedit, vt illic cententa millia Chriſtianorum cenſeantur. In Regnum quoque Sinarum, illud tantum, támque opulentum, vt fidem penè, excedat, quod anteà quaſi clauſum à dæmone tenebatur, illi tamen ſplendorem Euangelij intulerunt.] Paulò inferiùs loquens de Martyribus Societatis inquit. [Quorum alij inter Barbaros, alij inter ſæuiores Barbaris Hæreticos (nam & horum miſerti Pontifices Romani miſerunt nuntios] paratiores ad ſubeunda tormenta, quàm crudelitas ad irroganda, per mille excarnificandi lanienas, lacerationes, ignes tardos, ſecures, & funes, hilari oculo ſanguinem & animas profuderunt; nobilis lucta, quæ fatiget calamos, non tantùm impleat.]

86. Fr. Ludouicus Gratanenſis ex eadem Familia de Societate enuntiauit; [Apoſtolicum quemdam cœtum eſſe, qui ad hominum ſalutem omni ratione tuendam, renouendámque in Eccleſia Dei veterem ſanctitatem totis viribus conſpiraret.] Ita *in hiſt. Societ. tom.* 1. *lib.* 11. *num.* 69. Diceréque ſolebat, vitam ſibi non ſufficere ad declarandum, quantum doctrinæ in exercitiis ſpiritualibus S. P. Ignatij perceperit. Ita Ioannes Euſebius Nieremberg. *in vita Sancti Patris Ignatij*, *cap.* 38. *pag.* 121.

87. Fr. Martinus de Ledeſma ex eadem Familia *in Cenſura de annuis litteris rerum Indicarum anni* 1557. ait; [Anſam Creatorem magnificè

gnificè laudandi oblatam, quòd Patribus Societatis Ieſu tam inſignes animos conceſſerit vt marium ſæuitia contempta, atque deſpectis barbarorum hominum terroribus, incognitas regiones adeant, quos neque captiuitas, nec verbera, nec mors ipſa reuocet.]

88. Frater Franciſcus de Lizana è Sacro Ordine B. Mariæ de Mercede, in libro, cui Titulus eſt, *Diſcurſos Panegyricos para diuerſidad de myſterios, y ſantos,* edito Matriti anno 1658. in Diſcurſu Panegyrico pro S. Ignatio de Loyola, *pag.* 178. hæc habet; [Yo, grauiſſimos, y Religioſiſſimos Padres, no ſoy eſtraño, muy proprio ſoy que aunque el color del habito lo deſdice, no ſolo lo muy particular del afetto, pero lo general de la comun obligacion lo acredita. Quien ay, que para la profeſion de las letras no ſea hijo deſta Religion ſagrada? Quien, que no abra los oios à la luces de tantos ſoles, como en ſu hermoſiſimo cielo reſplandecen? Quando niños, ſu enſeñanza nos educa: Quando mozos, ſu direccion nos gouierna; y deſpues que ya hombres ſalimos de la es fera de diſcipulos, la varia erudicion de ſus admirables eſcritos, ſi en ella nos exercitamos, viene à conſumarnos Maeſtros &c. *Poſtmodùm pag.* 193. *ſic ait*; Y ſi Ignacio para mayor gloria de Dios ſiguio en eſto las admirables huellas de Chriſto, digalo el obre todo, que aſombrado debe reconocer en ſu Religion eſclarecida tan glorioſo exercito de

Martyres, como la engrandecen, y iluſtran. Diganlo eſas barbaras incultas Naciones de los Parabas, Malaos, Iaos, Azenos, Mindanaos, Molucas, Chinos, Iapones, donde à coſta de ſu ſangre han introducido las ſagradas luces del Euangelio, reduciendo à Dios tantos millares de almas, que no ſe, ſi los rayos de las eſtrellas ſeran baſtantes à competirles el numero. Mas que mucho, ſi todos los incẽdios del eſpiritu ſancto parece que ſe vaciaron en los corazones de Ignacio, y de ſus hijos? Ignacio que quiere decir ſino fuego? Que Ignacio, y Igneo vna miſma coſa ſon à mi Iuycio. Y aun eſtoy por decir, que la Religion que Ignacio funda, es vn nueuo eſpiritu ſanto, que ſe produce. Notorio es que al eſpiritu ſanto llama myſterioſamente la Igleſia dedo de la mano dieſtra de Dios, *Dextræ Dei tu digitus* Y pare ce que no con menos myſterio el Pontifice Paulo Tercero, deſpues de auer leydo el feruoroſo Inſtituto de Ignacio, prorumpio en aquellas palabras tan enfaticas del exodo, *Digitus Dei eſt hic* en, que, ſegun parece, dio nombre de eſpiritu ſanto al Fundator, al Inſtituto, y a la Religion fundada &c. *Hæc ingenioſè proſequitur, & poſteà ſubiungit pag.*194. Ea incultos idolatras de ſas barbaras Regiones, *Digitus Dei eſt hic*; acabarſe tiene vueſtra ciega idolatria, deſhazerſe vueſtros Dioceſillos falſos, doblando la rodilla al que ſolo es eterno, y verdadero; porque el dedo poderoſo de Dios, que es el eſpiritu ſancto,

va

va diſrazadamente eſcondido en los feruoroſos hijos de Ignacio à introducir à Chriſto en vueſtros payſes: *Digitus Dei eſt hic.* Ha ſalido verdad eſto, Catholicos? Hablen, griten las Hiſtorias, fieles teſtigos de la mas fructuoſa enſeñanza, que han eſperimentado los ſiglos, que han conocido los orbes; Que à mi Iuycio, quando deſde la fundacion admirable deſta Religion iluſtre no Vuiera gozado la Religion Catholica mas que à ella ſola para ſu defenſa, y apoyo, por ſu feruor, por ſu piedad, por ſu dotrina, por ſus eſcritos, por ſu obſeruancia, ella baſtara ſola para ſoſtenerla, qual el otro Atlante el cielo ſobre ſus hombros. Pero ò valgame Dios! que pocos premios temporales veo en tantos Iluſtriſſimos Varones, como ha tenido Ignacio por hijos, con tan heroyco fruto en las almas, ſiendo en todos tan reuelantes los meritos! Para que admitieſe la Compañia vn Arzobiſpado en vno de ſus grandes ſugetos, ſe empeño todo el poder de la tierra, y vno pudo conſeguirlo. Paraque ſe admita vn Capelo, es neceſario, que tierra, y cielo ſe iunten &c. *Proſequitur hinc oſtendens, gloriam filiorum Ignatij in eo ſiſtere, quòd mereantur præmia, non in eo, quòd illis perfruantur, idque, pag. 197. ita concludit*; O! conozca y a el mundo, quan de verdad dijo Ignacio, que todo el, y todos ſus hijos auian de ſer para mayor gloria de Dios, *Ignatius ad maiorem gloriam Dei!* al auerſe tan ceñidamente à juſtado à la mas

viua imitacion de Ieſu, en que conſiſte la mayor gloria del eterno Padre, pero que mas dignidades han de gozar, los hijos de Ignacio, que las de ſus proprios meritos? No las merecen? Pues todas las dignidades gozan. *Altè deindè loquitur de meritis Societatis, ab eiúſque viris omnes veras fœlicitates poſſideri, acutè declamat, eóſque adhuc viuentes nomine Ieſuitarum gaudere, quo omnes Fideles iuſti in cœlo ſunt inſigniendi. Demùm pag. 202. loquens cum S. P. Ignatio, ait*: Padre de vna Religion, en quien arden las llamas abraſadoras del miſmo Eſpiritu ſanto; cuyos hijos tratando ſolo de merecer con trabajos, ſus trabajos ſolos quieren por premios, logrando en eſe miſmo deſinteres tanta dicha, que no ay dignidad, que no gozen, quando no ay dignidad, que no merezcan, y mas quando en el titulo de Ieſus, que los iluſtra, ya parece, que la eterna felicidad que es el colmo de los premios, glorioſamente poſeen. Imitemos todos, ô fieles, tan diuino Padre; ſigamos las huellas de tan iluſtres hijos.

89. Fr. Franciſcus Forerius ex inclyta prædicatorum Familia, *in Commentar. in Iſaiam, in Epiſtola ad Henricum Cardinalem* vocat Religioſos Societatis *ſanctitate, & doctrina excellentes.* Fr. Alphonſus Ciacconus ex eadem Familia *in vita Pauli III.* hæc habet de ipſis; [Hinc enim, tanquam ex equo Trojano, vt aiunt, rigidi, & inuicti virtutis ſatellites, ignorantiæ, & impietatis expugnatores acerrimi,

Dei

Dei verbo illuſtres,concionibus vehementes, meditationibus ſublimes, praxi ſolertes, doctrina conſpicui , & vitæ exemplo laudabiles prodierunt, quorum propagandæ fidei amor ita ſe propoſitio Numine protulit (qui magis ſemper exardeſcit) vt totam Europam breui tempore, ſummo noſtræ Religionis cumulo peruagans , nouas etiam ignoti orbis regiones Euangelicæ veritatis luce perfuderint.]

90. Fr. Ludouicus de la Oliua ex eadem Familia *in Concione in Beatificatione S.P. Ignatij excuſſa Vlyſſipone,anno 1621.apud Geraldum de la Vina,* plurima habet Hiſpano idiomate , ex quibus liceat aliqua tranſcribere. *Fol.* 2. ait, [Quien haze la fieſta, ſoy yo ; pues os combido à ver la caſa de Salomon , fundada por vn Santo natural de Eſpaña. Que virtud ? Que zelo ? Que contemplacion ? Digalo Eſpaña,Italia, Flandres, Francia , Inglaterra, Eſcocia, Dalmacia, Irlanda , Nueuo mundo, Ieruſalem , el Iapon , Suecia, Bretaña , Turquia. Que Nobleza ? Que Duques? Que Gandias ? Que Adelantados ? Que Padillas? Que Guzmanes ? Que Mendozas, Sotomayores Zunigas? Que letrados?Eſe es vn abiſmo.Que Theologos Eſcolaſticos?Que ſutiles? Que legiſtas ? Que Poſitiuos ? Que Canoniſtas? Que Aſtrologos? Que Ariſmeticos Que Geometras; Que Filoſofos ? Que Metaphyſicos ? Que Logicos? Que Latinos? Que Griegos ? Que Rethoricos ? Que Hebreos ? Que Confeſſores? Que Padres de animas? *Et fol.* 5.

Loquens de munere illuminandi, & dirigendi animas ad virtutem inquit. [Y eſto para hazerlo con eminencia, ſin duda ni opinion , no ſe le puede negar à la Compañia , auer ſido eſtremada en eſta parte; que ſiendo ella de contemplacion , y meditacion tan immenſa , ha enſuauizado, y allanado tanto el camino de virtud,quelo que antes parecia inpertranſible, ſe ha facilitado,ſiendo ellos nubes,tanto que han reformado al mundo, enſeñando à todos virtud. *Deindè fol. ſubjungit.* Quien en el mundo ha lleuado à todos eſtados al Cielo por el camino,que han de ſer lleuados,ſino la Compañia? *Rursùs fol.* 8. *Hæc habet* Si quereis ver , quien es Ignacio,mirad la Orden, que fundò. Proteſto lo primero,para auer de tratar della, que me tuuiera por el mas ciuil , y de ſa quilatado hombre del mundo , ſino fuera finiſsimo deuoto deſta ſantiſſima Religion , cuyo habito traygo junto al alma. Proteſto lo ſegundo, no decir en ſu alabanza coſa , que no digais todos , que es verdad ; por que nos es Religion la de la Compañia, que ha meneſter adornarſe de mentiras , pues es de las que ſin competencia mas han ſeruido à la Igleſia de Dios. *Et paulò infrà:* Agua de nube es eſta ſantiſſima Orden agua, que nos embiò Dios del cielo que parece, ſe raſgaron en eſta nube las cataractas del cielo, que aſi ha caydo ſu prouecho , como la nube, indiferentemente en campos,en diſiertos , en aldeas,en Ciudades, en paramos ; quiero decir , en Sacros Colle-

gios,

gios, en vniuerſidades, en Eſcuelas, en pulpitos, en Cardenales, en obiſpos, en Inquiſiciones, en ſanos, en enfermos, en probres, en ricos; Con eſta nube, con eſta Sacratiſſima Religion que corazõ no ſe ha conſolado? que enfermo no ſe ha aliuiado? que tibio no ſe ha alẽtado? que ignorante no ha aprendido? ſea la ſegunda alabanza, el auer ſido la mas perſequida Religiõ que ha auido en la Igleſia de Dios. Padres mios deſto tengan mucho conſuelo que no les auia de dar Dios el cielo mas barato, que à otros y con los trabajos ſe acriſolã las virtudes. *Præterea fol. 9, aſſerit*. Mas os digo, que ſi los Patriarchas de las Religiones fundaran aora procuraron imitar, por boniſimas muchas coſas, que eſtos Padres tienen, como de la Republica mas bien ordenado, y concertata, que en el mundo ay oy. *Demùm f. 10. vll. n. ait*; Y tu Orden de ſugetos, que las han iugado con el demoniorũ, el mundo tan cara, à cura, teniẽdo ellos tanto valor en los ſuyos, y tu el ſemblante, y roſtro tan firme en tus trabajos. Ea pues palomas celeſtiales, nubes diuinas, architectos ſoberanos, jardin del cielo, planta del Eſpiritu Santo, vergel de Dios, Orden ſantiſima &c.] Mag. Mancius ex eodem Sacro Prædicatorum Ordine, Primarius Profeſſor Theologiæ in academia Complutenſi aſſeruit, ſe pluris facere Theologiam Villanueuæ, (qui erat è Societate, nondum Sacris initiatus, & exercitia ſpiritualia S. P. Ignatij tradebat) quàm Theologiam omnium Doctorum Aca-

demiæ. Ita P. Nieremberg. *in vita S. P. Ignatij, cap.* 38. *fol.* 121.

91 Chriſtophorus Giardus Clericus Regularis ex Patribus Bernabitis *in Api Religioſa* ſic affatur. [Nam hæc beatiſſima Sodalitas ab Ignatio conditore, centum annis nondum elapſis, tantum operum & ſcripſit, & geſſit, vt ſi quis librorum ſublimitatem, multitudinem, varietatem; cùm rerum geſtarum ſplendore, fructus magnitudine conferat, non modò ætatis obſtupeſcat breuitatem, ſed tantæ ſanctimoniæ tanta cùm doctrina vti difficillimam, ſic præclariſſimam connexionem admiretur. Ita enim latè duobus ſub polis eruditionem, & pietatem circumtulit. vt qui progreſſus illius admirabiles non audiunt, ſed inſpiciunt, non vnius Religioſi Ordinis, ſed omnium planè Societatum, locorum temporum, ætatum, virorum, virtutúmque in hac vna complexionem agnoſcant.]

92 Ioannes le page *in Bibliotheca Pramonſtratenſi* ſic inquit. [Nobiliſſima, & celeberrima illa Societas Ieſu, quæ quot Collegiis conſtitutis in orbem diffuſa fuit, tot velut lucidiſſimis doctrinæ & ſapientiæ, luminibus mundum vniuerſum illuminauit, tenebras illas Cimmerias illi offuſas laudabiliter diſpulit.]

93 Fr. Valerius Ximenez ex ſacro Carmeli Ordine *tom.* 1. *ſtimuli deuotionis, cap.* 1. §. 1. *tit.* 3. loquens de Viris inſignibus Societatis ait: Talibus gemmis, & lapidibus precioſis voluit Dominus cœli, & terræ locupletare, & nobilitare

nobilitare illuſtriſſimam Societatem Ieſu, columnam firmiſſimam Eccleſiæ, murum fortiſſimum, & inexpugnabilem aduerſus hæreticos, vbi educati ſunt, atque educantur tam præpollentes & virtutibus, & litteris, quantùm in omnibus Clericorum Religionibus ſimul conſideratis.]

94. Fr. Ægidius de præſentatione ex clariſſima Auguſtiniana Religione, *de immaculata B. Mariæ Conceptione lib.3.art.3.* §. 3. aſſerit. [His omnibus noſtro ſæculo addenda eſt Religio Societatis Ieſu; non ſolùm ſanctitate, ſed eruditione inſignis, quæ & verbo in ſuis prædicationibus, & ſcripto in ſuis prælectionibus, & libris, quos non ſine magna eruditione, & vtilitate quotidie edit, hanc B. Virginis immunitatem, & puritatem acerrimè defendit.] Fr. Onuphrius Panuinus ex eadem Religione *in vita Pauli* III. *adiuncta ad Platinam,* Religioſos Societatis vocat. [Viros doctrina, & pietate illuſtres, qui ignotas antè Indorum, Braſilij, & Peruanas terras penetrarunt.]

95. Fr. Hieronymus Romam ex eadem Religione 1. *par. Reipublicæ orbis, lib.6. cap. 32.* hæc habet. [Contemplatus diuerſa Religioſorum inſtituta, horum & incrementa, & multitudinem in vnam Societatem Ieſu omnium dotes confluxiſſe videntur. Nam ſi illa condecorant vitæ auſterior norma, ſcientia, atque cognitio, virtutum præclariſſimi Architecti; in hoc cætu reperies vniuerſa. Nam ſi tem-

perantiæ, continentiæ, pudoris deſideretur ſchola, ſi quæratur mundi contemptio, ſi proximorum amor, ſi zelus animarum, collecta inueniuntur. Huius beneficio Familiæ renouatus frequens & Communionis ſacræ, & Confeſſionis vſus: ablata iuramenta, & blaphemiæ: apparet in adoleſcentibus modeſtia: in pueris excellens diſciplina, atque educatio: in virginibus honeſtiſſima caſtitas: in matronis ſeuera grauitas: & denique in omni gradu vniuerſalis quædam reformatio. Atque ſanè prodigij inſtar habeatur, quantùm quàm breui intercapedine adoleuerit hæc Congregatio; atque id, quod reliqua vincit ſtupore ſui, & magnitudine, delatum ab ea Chriſti nomen ad regiones diſſitas, quas præcedentes Religiones numquam anteà luſtrarunt.]

96. Fr. Gerardus Colonienſis Prior ex ſanctiſſimo Carthuſienſium Ordine Literas ſcripſit ad Priorem Treuerienſem anno 1543. quæ afferuntur à Serario *Moguntiacarum rerum lib. 5. in Alberto ſecundo*: ſic illæ ſe habent. [Venerabilis in Chriſto perdilecte Pater, & amice. Inter luctuoſiſſimas tempeſtatis procellas, quibus vtique cõcutitur Chriſtianitas, non vſque adeò Deus dereliquit Eccleſiam ſuam, quin ſuſcitauit nobis viros aliquot Apoſtolicos: quos ſpiritu ſuo impleuit, & induit virtute ex alto; vt ex multorum Doctorum teſtimonio didici qui vero feruore errantes reuocent, peccantes recreent, & ſequitur

quitur magnus fructus operante inuiſibili artifice in cordibus hominum, quorum verba ſunt ſcintillæ æris candentis, cordáque tangunt,incendunt.Sunt à Domino noſtro Paulo III. approbati, & ad varias Nationes miſſi.Primus eorum vocatur Ignatius &c.]

97. Fr. Bruno Lother ex eodem Ordine edens in lucem theoricas lucubrationes Fr. Henrici Harpij Minoritæ à ſe emendatas, (quorum titulus eſt, *Opera contemplatiua,*) eas dicauit S. P. Ignatio,eiúſque Sociis quos ſic alloquitur.Miſſi ſunt cum ampliſſima Sedis Apoſtolicæ poteſtate Sacerdotes non pauci ex veſtris (Viri grauiſſimi, ac honeſtiſſimi) primò quidem ad præcipuos quoſdam Reipublicæ Magnates,ac Ciuitates,deindè & alij in Aſiam,Africam,Arabiam,Perſidem, Babyloniam, illam veterem, vbi perplures reperti ſunt Iudæi, quorum Maiores olim cum Eſdra ſcriba in Iudæam reuertere noluerunt : itémque Indiam Meridionalem & Orientalem,& Americam,maximas Orbis partes, magna ex parte hactenùs nobis, nec auditu quidem,vel lectu cognitas. Quibus in locis veſtræ Sodalitatis Patres ingentem, & incredibilem animarum fecere fructum, nec facere deſinunt ; Infideles, & Indos ad Fidem conuertendo; integra oppida, & Regna baptizando : peccatores ad pœnitentiam reuocando : pios in gratia confirmando, & conſolando : iuuentutem tàm apud Ethnicos, quàm Chriſtianos,optimis litteris,ſolida eruditione,

ſanctíſque

ſanctíſque moribus imbuendo: additis etiam pluribus, ſtupendíſque prodigiis, ac miraculis, præſertim apud Infideles, adeò vt infatigabili veſtro labore, induſtria, feruore dicendi, concionandi, hortandi aſſiduitate, caſtíſque, & candidis moribus diuina vobis opitulante gratia, effectum ſit, vt nedum in noſtra Europa, ſed etiam in aliis iam memoratis regionibus Religio, cultúſque vnius veri Dei, veráque pietas reflorere, increſcere, & quotidianis incremẽtis longè latéque mirificè propagari videatur. Nam & ſub Turcico imperio, & tributo, putà Hieroſolymis, Conſtantinopoli, atque in Cypro ſtudiorum Collegia auxilio Iulij III. Pontificis Maximi inſtituere conati eſtis. Denique, ne quid vobis deſit vlla in gratia, quidam ex veſtro Ordine pro Chriſti Fide libenter ſanguinem ſuum fuderunt ab ethnicis neci dati. Interim apud barbaras illas gentes augeſcit in dies Religio Chriſtiana, & Fidei iugo colla ſubmittunt homines hominibus noſtri orbis incogniti; dúmque inter nos tepeſcit charitas, & increſcunt hæreſum, aliorúmque portenta vitiorum, Chriſtus commigrat ad gentes &c.]

98 Fr. Laurentius Surius ex eodem Orne, *ad annum Chriſti* 1540. de Societate Ieſu ait; [Quis eius progreſſus fuerit, quàm breui tempore creuerit, & in omnem terrarum orbem, & ad extremos vſque Indos, & Æthiopes, atque Antipodas ſe diffuderit cum incredibi-

incredibili animarum fructu, & barbararum quoque Nationum ad Chriſtianiſmum traductione, innumerabilium iam planè deploratorum, & deſperatorum ad bonum frugem reuocatione, ſi dicere velimus: opus creſcet in immenſum] Paulò inferiùs addit; [Qui licèt plerúmque ſupra humanas vires noctu, diùque baptizandi, cócionandi, Confeſſiones excipiendi, Sacramenta adminiſtrandi, & id genus aliis laboribus occupentur, non tamen delaſſantur animo; quin & corporis ea fruuntur valetudine, & robore, vt ægrè crediturì plerique ſint. Nec pauca ab his in Chriſti gloriam in iis locis edita ſunt miracula, Dño illis cooperante, & confirmante ſermonem ſequentibus ſignis.] Deindè cùm deploraſſet bacchantes hæreſes, ait [Societatis Profeſſores eſſe diuinitùs oppoſitos ſentiunt, vt illorum pernicioſos conatus ſolida, & vera eruditione, atque minimè ſimulata vitæ integritate peſſum premant; ídque multis locis Dei benignitate fieri videmus.] Poſtmódùm ſubiungit; [Atque vtinam plerique illis viris tàm ſe gratos præberent pro magnis, & multis laboribus, quos pro iuuanda Chriſtiana Republica bona fide continenter exantlant, quàm id illi benè merentur.]

§. X.

§. X.

Scriptorum extra ſacros Ordines iudicium, & teſtimonia de Societate Ieſu,eiúſque pietate , doctrina, & fructu.

99. MArtinus de Azpilcueta Nauarrus , *tom. 3. miſcellan.69.de oratione*, poſtquam attulit textum Concilij Lateranenſis ſub Leone X. inquit. [Qua in re egregiam profectò laudem meriti ſunt, & in dies merentur Patres Illuſtriſſimi Ordinis Societatis Ieſu , qui ſcholis litterarum ſcholas pietatis adiungentes, non ſolùm quæ præfatum Concilium decreuit , in Hiſpania à principio fundationis Collegiorum ſuorum cæperunt , & ſtudioſiùs ſeruant , ſed etiam poſteà addiderunt alia ſuo digna Magiſterio contenta breuiſſimo in libello de his, quæ facere debent, qui in ſcholis ſuis diſcere volunt , digna certè, quæ etiam in omnibus aliorum ſcholis ſeruentur,in quibus eſt fidei Catholicæ, & in ſanctam ſedem Apoſtolicam deuotionis pura, ſimplex, & firma profeſſio , per quam ſtudiorum , pietatis , & litterarum coniunctionem, maximam orbi Chriſtiano , præſertim circa pueros,

pueros, & adoleſcentes vtilitatem importarunt, & important. Secùs contrà paulò anteà orbi Gallicano indicibile damnum inuexerunt in docendis eiſdem, qui in quibuſdam Galliæ Aquitaniæ ſcholis impietatem Lutheranam, & rudimenta Grammaticæ coniunctim eoſdemdocuerunt. [Idem Author *in Manuali cap.* 24. *num.* 10. loquens de S. Franciſco Xauerio ait; [Vnus è primis decem illuſtriſſimi, vtiliſſimíque noſtro ſæculo Ordinis Societatis Ieſu.] Idem Author *conſil. lib.* 2. *de pœnitent. & remiſſion.* loquens de ſcrupulo aſſerit; [Reſpondeo, quòd ſi Confeſſarius eſt vir eruditus egregiè, & pius inſigniter, quales eſſe ſolent Magiſtri, & Confeſſarij illuſtriſſimæ Societatis Ieſu, proculdubiò, & ſine aliquo ſcrupulo poteſt, imò debet credere.] Idem dicere ſolebat; [Cùm quidem Ignatius aduersùs ſathanam eam inſtruxiſſet, ornaſſétque claſſem, qua nulla maior vnquam eſſet inſtructa, Societatis collegiis, domibúſque tempeſtates non defuturas.] Ita refert Orlandinus 1. *part. hiſt. Societ. lib.* 14. *num.* 74.

100. Didacus Paiua de Andrade, Concilij Tridentini Theologus *lib.* 1. *Orthodoxarum explicationum in præfat.* Viros Societatis pollere ait: [Egregia doctrina, ſingulari pietate, integra in Deum Fide, ſumma religione, inflammatáque quadam in proximos charitate; quos ſi quiſpiam publicos, eoſdémqne optimos Chriſtianæ iuuentutis Magiſtros appellat

is

is ſanè veriſſimo eos nomine inſigniuerit.] Deindè *ibidem* vocat eos [homines Catholicæ, piæ, veræ, & excellentiſſimæ doctrinæ ; Inſtitutum ſanctiſſimum , & ſeuerioris , & ad veterem Eccleſiæ normam confirmatæ diſciplinæ, & qui laboribus immenſis ab vniuerſa ferè Germania peſtem redimunt , florentiſſimámque Prouinciam ad antiquam Religionis puritatem reſtituunt.] Præterea *eo lib.* 1. *orthodoxar. explicat.* poſtquam aſſeruit , Societatem natam ad communem Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem , de eius Religioſis ſubiungit ; [Iſti verò cum diuinorum myſteriorum aſſidua contemplatione , docendæ plebis, Euangelij amplificandi , Sacramenta adminiſtrandi, atque reliqua omnia Apoſtolica munera coniungunt ; vltimas iam orbis oras luſtrarunt , atque Chriſtum Ieſum Crucifixum vniuerſo ferè humano generi annuntiarunt , vſque adeò vt nulla ſit tam barbara, & inculta gens , cui Societatis Ieſu nomen non ſit notiſſimum.] Idem Author *eo libro* 1. Kemnitium hæreticum ſic alloquitur. [Diligenter, amabo te , perſcrutare omnes illorum actiones, & curioſè inueſtiga, an quidquam in vniuerſis eorum conciliis reperire poſſis , quod inflammatum hunc in Chriſti plebem , amorem non ſpiret. Huc namque ampliſſimorum collegiorum conſtructio ſpectat : huc iuuentutis egregia inſtitutio : huc aſſidua verbi Dei enuntiatio : huc Sacramentorum perennis ſupeditatio : huc cum perditiſſimis Religionis

nis hoſtibus continua concertatio; hic denique vnus eſt, qui tuum in eos funeſtum odium concitauit. Quòd ſi Indiæ oras mente, & cogitatione luſtremus, atque quæ ab illis ibi ſuſcipiuntur, charitatis officia debitis momentis ponderemus, planè exiſtimabimus, Apoſtolicum illum ſpiritum, qui vniuerſum orbem ſub Fidei iugum olim miſit in obſequium Chriſti, de cælo decidiſſe, atque iſtorum hominum mentes illuſtraſſe, & informaſſe. Infinitum quidem eſſet, numerando percenſere, quot huius ſodalitatis viri in hoc docendi Euangelij, atque Indicos homines ab impietate auocandi munere cæſi fuerint: quot vinculis obſtricti: quot in carceres miſerè contruſi: quot inedia ferè conſumpti: quot denique ob Chriſti nomen variis cruciatuum generibus interierint.]

Ioannes Molanus *in Notis ad Martyrologium Vſardi, die 31. Iulij*. enuntiat; [Romæ obiit Beatiſſimus Ignatius Loyola Societatis Ieſu fundator, quam toto propemodùm terrarum orbe multiplicatam vidi, multa quoque Barbarorum millia per eandem è ſumma barbaria ad ſuaue Chriſti iugum ſubeundum reuocata eſſe cognoui. Omnia enim eius conſilia, & ſtudia ſpectabant ad conſeruandam, reuocandam, & multiplicandam per ſe, & ſuos Fidei Catholicæ ſynceritatem.] Ioannes Ciampiolus, *in Litteris datis Gregorio XV*. ait; [Ignatius animum gerens mundo maiorem, & vltra vnius æui terminos opera ſuæ pietatis

tis extendens legionem in Eccleſia Dei fortiſſimam conſcripſit, quæ vitam pro diuinis paciſcens in Romani Pontificis verba iurauit.]

102. Ruardus Iapper, doctor egregius ita (vt extat *in hiſtor: Socie:.* 1. *part. lib.* 11. *num.* 43.) de Societate iudicium protulit. [Idque eſt, quod hæc ſancta, & noua Ieſu Societas ſtudet, hoc eius filiis propoſitum eſt, ex hoc nouo Chriſti mandato nihil charitate fraterna prius habere: ſui nullam rationem ducere: ſeipſos exinanire: totos ſe ad Dei honorem, & ſalutem proximorum effundere: quemvis laborem, quoduis diſcrimen ſubire: deníque vitam ipſam pro Chriſto, & animarum ſalute contemnere; Nouus, inauditúſque charitatis modus, quem Chriſtus D. tranſiturus ex hoc mundo ad Patrem commendauit ſuis. Hoc itáque nouum mandatum pro fundamento, & radice ſancta hæc Societas habet; qui enim ei ſe mancipant, non vni cuipiam, vt aliæ religioſæ familiæ, charitatis officio ſeſe dicant, ſed planè omnibus, ad quaſcumque terrarũ in oras mittantur; Quod quidem adeò præſtans, & ſanctum eſt, vt omnem ſuperare intelligentiam videatur; mirúmque non ſit, ſi hæc ſancta Societas cognoſcatur à paucis, quæ meritò planè ſanctiſſimo Ieſu nomine appellatur; non, vt quidam peruersè dicunt, quaſi alij ſint de Societate diaboli, ſed quia Dominum Ieſum, eiúſque Apoſtolos præſtantiſſimo modo ſectatur.]

103. Ioan

103. Ioannes Baptiſta Confectius, Protonotarius Apoſtolicus *in ſummario ad Collectanea Litterarum Apoſtolicar. cap.* 11 hæc habet; [Ex qua quidem veneranda Sodalitate Ieſu quæ, & quanta ſuborta ſit Eccleſiæ Catholicæ vtilitas, præclara monumenta pietatis, & eruditionis per totum ferè orbem relicta, necnon tot inſignia Archigymnaſia, in quibus & doctrinæ hominum adeò conſulitur, vt nulla regio hodie eorum laboris inſcia ſit; ac etiam barbaræ illæ Nationes, quæ in India Occidentali, & Braſilica regione, ac noui orbis inſulis ad veritatis lucem eorum opera perductæ, tótque Infideles per eos baptizari, hæreſéſque Germaniæ maiori ex parte concuſſæ apertiſſimè teſtantur.]

104. Petrus Nauarra *de reſtitutione lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 83. ſic fatur. [Vnde in Regula religioſiſſimorum, & Sanctiſſimorum Patrum Societatis Ieſu à Sede Apoſtolica approbata, ſic ſcribitur; corporis caſtigatio immoderata eſſe non debet, nec indiſcreta in vigiliis, abſtinentiis, & aliis pœnitentiis externis, ac laboribus, quæ & nocumenta afferre, & maiora bona impedire ſolent. Quæ conſtitutio, ac regula deſumpta mihi videtur ad verbum ex B. Hieronymo. Non mediocriter, ait Hieronymus, errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum, vt propter abſtinentiam immoderatam, & indiſcretam, Pſalmorum, aut Officiorum decantationem, aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrant.]

105. Staniſlaus

105. Staniſlaus Reſcius, Protonotarius Apoſtolicus, *in Apologia contra Polenum, pag.* 34. aſſerit. [Sed interim ipſi eorum Magiſtri (ſcilicèt hæreticorum) & miniſtri, editis in vulgus libellis, & pictis propoſitis tabellis, in oculis omnium gentium confitentur, nutantem Septentrione Romanam Eccleſiam, Ieſuitarum ſtudio, labore, diligentia, ope omnium rerum ſuſtineri. [Idem Author *pag.* 49. adiungit; [Tales planè Doctores, & Præceptores ſe Ieſuitæ exhibent, quales eſſe velit doctiſſimus Lyrinenſis, qui Orthodoxos Magiſtros graphicè delineat cùm ait; O Sacerdos, ô Tractator, ô Doctor, pretioſas diuini dogmatis gemmas ſculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter; intelligatur, te exponente, illuſtriùs, quod anteà obſcuriùs credebatur.] Idem Author *pag.* 64. ſic loquitur. [Scias, velim, Societatis huius primum, ac præcipuum eſſe Inſtitutum, hæreticos ab erroribus, Catholicos à malis moribus, Gentiles à falſis de Deo opinionibus reuocare, atque ad vnius veri Dei cultum, pietatíſque ſtudium ardentiùs complectendum adducere. Id autem vt efficaciùs præſtent, verbo ſe priùs, vitæque exemplis in ſuis contuberniis inſtruunt; diligenter enim priùs omnia diſcunt, vt doceant; nulla enim res eos delectat, licèt eximia ſit, quam ſoli tantùm ſcire vellent, quippè nullius boni poſſeſſio ſine ſocio iucunda eſt; prodeſſe verò, cui potes, magnæ mentis, alti animi argumentum eſt. Vitæ porrò ſordes omnes

omnes quotidie lachrymis, & oratione eluunt: carnis cupiditates comprimere, atque ſub rationis imperium ſubiungere contendunt: oratione, cilicio, humi cubatione, & id genus aliis carni repugnantibus exercitiis; Anima autem ad eum modum perpurgata, totos ſe ad rerum diuinarum contemplationem transferunt, in qua quò magis exercentur, eò magis hæc, quæ videntur omnia, opes, honores, vitæ commoditates. vt fumi vmbram, vel ſicut Paulus loquitur, vt ſtercora reputant. Indè fit, vt in cuſtodia ſui ipſius vigilantiſſimi ſint, horáſque omnes auariſſimè ſeruent; manè diuina in ſe, & in genus humanum beneficia recognoſcunt; meridie, & veſperi exactiſſimam cum animo ſuo rationem ineunt, quid horis ſingulis egerint omnibus veſtigiis accuratiſſimè ſcrutantes; ſi quæ illicita deſideria inuaſerunt: ſi diutiùs hæſerunt: ſi conſenſum extorſerunt: ſi etiam voluptatem attulerunt. Ipſam deindè linguam ad iudicium aduocant, ſi quo verbo proximum læſit, ſi tacenda dixit, aut dicenda tacuit. Hinc manus, & opera excutiuntur. Porrò ſi quæ macula deprehenditur, dum paruula eſt, ad petram alliditur, lachrymarum balneo eluitur, cataplaſma Confeſſionis applicatur, & vix in alteram horam medicina reſeruatur Ad eum modum diſpoſita vitæ ratione, compreſſiſque carnis cupiditatibus, animi culturam adhibent, ſéque in diuinorum librorum, ſacra ſcilicèt ſcriptura, ſanctorúmque

ctorúmque Patrum lectione, & meditatione, penè incredibili ſtudio, & contentione exercent, volentes eſſe parati, iuxta Pauli præceptum, rationem reddere omni petenti, de ea, quæ in illis eſt, fide. Poſtquàm autem caro rationi, ratio Deo ſubeſſe, atque obtemperare didicerint, poſtquàm in ſe ipſis experti fuerint, quibus modis, & artibus efficiatur in anima puritas, quibúſque in eadem retineatur; tum primùm ab his, qui præſunt, in vineam Domini emittuntur, atque ad operas diſtribuuntur; non enim in ſola contemplatione, nec in ſola actione vitæ ſummam ſitam putant, ſed quò Dei gloria, quò ſalus proximi, quò vocat Eccleſiæ neceſſitas, ſiuè horum alterum, ſiuè vtrumque adhibent. Alius itaque Confeſſionibus pœnitentiam excipiendis vacat; alius Sacramentis diſtribuendis; alius ægrotorum, & debitum curæ deſtinatur; alius in xenodochio languentes curat; alius in agone poſitos conſolatur: alius è carcere vinctos liberat; diſſidentes conciliat; vagantes per vrbium vicos ad templa congregat; pet exiguas villulas, & deuia oppida Catecheſim, & doctrinam Chriſtianam prædicat; egentes opulentis commendat. Alij ſunt viciſſim, qui refutandis hæreticis operam nauant, & in medias ſe hæreticorum acies proiiciunt. Aliis non ſatis eſt orbis iſte noſtris oculis obiectus, oceanum vniuerſum emetiuntur: ignota orbi noſtro regna, & imperia in vltimis terrarum partibus ſcrutantur,

quibus

quibus verum Deum annuntient. Nulla deníque eſt orbis vniuerſi ora, ſedes, locus inter Chriſtianos, Mahometanos, hæreticos, ethnicos, quò non fuerit ſonus Ieſuitarum Chriſti nomen prædicantium exauditus.] Idem Author *pag.* 75. ediſſerit, [Qua putas ſolertia opus habebant, cum animo vinci neſcio ad certiſſimam mortem in intimam Angliam penetrarent, in ipſam plenè deploratam Scotiam, & alia permulta hæreſi inquinata loca mucronibus infeſta, & non niſi mortis contemptoribus peruia; cùm inuicta mente ante præſides, & tyrannos ſtarent, & Chriſtum, & Eccleſiam Romanam, Pontificémque Chriſti Vicarium, ad ipſos laqueos, ad equuleos ſemiuiui confiterentur? cùm denique in Ægypto, in monte Sina, in ipſa vrbe Conſtantinopolitana Dei ſummi voluntatem, omnibus inuitis Saracenis, & Mamalucis, annutiarent, & annuntiant?] Idem Author *pag.* 103. conuincens calumniam illius detractoris, contra quem agit, ſic inquit. [Os impudens, non es mentitus hominibus, ſed Deo, qui in his domibus Ieſuitarum piè colitur; vbi quotidianis precibus Numen placatur; vbi lachrymæ funduntur, vbi ieiunia exercentur? vbi cilicia, vbi flagella vbi humi cubationes, vbi meditationes, vbi ſilentij cuſtodia, vbi parſimonia temporis; vbi verbum otioſum exulat: omnia humilitas, manſuetudo, & ſuper omnia timor Domini occupat. Si collegia Ieſuitarum carnificinam cupiditatum,

tum, ſi flagititiorum peſtem, ſi frænum furoris dixiſſes, ſi iuuentutis cippos, ſi mortem laſciuiarum, parum dixiſſes.]

106. Renatus Benedictus, Doctor Sorbonicus, *in expoſitione epiſtolæ miſſæ de Circumciſione Domini*, aſſerit. [Diuina prouidentia videtur inſtituta Societas Ieſu ſub nomine militans, ad occurrendum Caluiniſtis, qui vt tollant à Chriſto diuinitatem, non Ieſum Chriſtum appellant, vt mos antiquiſſimus eſt, vel Ieſum, ſed tantùm Chriſtum. Hoc bellum aduersùs hæreticos, quod Societatis viri ſuſceperunt, ſatis horum fœlicibus triumphis propalatur. Quantum hæreticorum numerum ad Fidem ſanam reuocauerint, & in dies reuocent, ex Annalibus conſtat, nec pauca circa id iam protulimus teſtimonia.] Quin Layman *in defenſione cauſæ Monaſteriorum, in refutat. cap. 3 annotat. ad memb. 9. annotat.* 4. affirmat: [Iuſſu Ducis Neoburgæ Patres Societatis in ea ditione ſubieciſſe Eccleſiæ Catholicæ circiter triginta mille hæreticos, quatuor ciuitates, non pauca oppida, & quàm plures pagos.] Et *in refutat. quorumdam part. ad* 3 aſſerit: [In ſola Bohemia anno 1629. miniſterio Patrum Societatis ſupra quadraginta millia hæreticorum Fidei Catholicæ iugo ſubieciſſe. Verùm his, & ſimilibus volumina integra poſſent repleri.]

Ludouicus de Paramo, Canonicus Legionenſis, *de Origine Officij ſanctæ Inquiſitionis, lib. 2. tit. 3. cap. 2. num. 3.* inquit, [B. P. Ignatium

à

à Deo Optimo Maximo electum ad inſtituendam Religionem illuſtrem , litterarum eruditione celeberrimam , Eccleſiæ Catholicæ vtiliſſimam.] Et deindè *eodem lib.cap.4. num.12.* ſubiungit ; [Quo enim tempore Martinus Lutherus , quaſi furia quædam exitialis , cum ſceleratorum , atque perditorum manu ex orco emerſit , vt Eccleſiæ Catholicæ ſtatum labefactaret , atque conuelleret , eodem ipſo tempore Deus , qui Eccleſiæ ſuæ curam vel maximam habet , alterum virum (S. Ignatium) excitauit Luthero diſſimilem , penitúſque contrarium, Eccleſiæ defenſorem acerrimum , Hæreticorum hoſtem , Chriſti imperij amplificatorem.]

108. Seminaria ad educandos Adoleſcentes ex Germania , Græcia , Anglia , Hybernia, Scotia,aliíſqueNationibus Societatis Ieſu regimini à ſummis Pontificibus,& Regibus tradita ſunt ; ex illis viri inſignes prodierunt, litteris , muneribus , virtute , & Martyrio ob Fidem Catholicam inter hæreticos conſeruandam , & tuendam ſuſcepto , præclari. Et ex ſeminario Romano , quod Romæ Societas Ieſu gubernat , prodiit ſummus Pontifex Gregorius X V. De his ſeminariis plura elogia ſcripſit Nicolaus Sanderus *de origine , & progreſſu ſchiſmatis Anglicani lib. 1.* Necnon Fr. Didacus de Yepes Epiſcopus Tarazonenſis in opere Hiſpano , quod de hoc argumento exarauit. Alij plures fusè id ipſum exornarunt; nos pauca libabimus. Cardinalis Baronius

in Notis ad diem 29. *Decembris* hæc ſeminaria appellat: [Virtutum, & doctrinæ prata, ob quorum fundamenta firmiter iacta ninguntur hæretici; quòd ex his, tanquam aluearijs apes emittantur, quæ fucos arceant, & purioris doctrinæ mel inſtillent; quos nec procellæ, nec tempeſtates, nec vrens ventus fatigare poteſt.] Aliud eiuſdem Cardinalis egregium teſtimonium circa hæc ſeminaria dedimus *ſuprà num.* 25. Cardinalis Vuilhelmus Alanus *in Apologia aduerſus edictum Eliſabethæ Reginæ, cap.* 5. aſſerit; [Quoniam verò eruditio, & doctrina maximè adquiruntur oratione, & vita inculpata, id vel maximè propoſitum eſt in Collegiis, vt his, qui in diſciplinam traduntur, timor Dei, pietas, & ſalutis ſempiternæ deſiderium ingeneretur, quod fit variis exercitiis ſpiritualibus, vt ſunt quotidianum examen, communio frequens, ſcelerum exomologeſis, multa oratio, perpetua auditio, & meditatio rerum diuinarum.] Andreas Philopater *in reſponſione ad edictum Reginæ Angliæ, ſect.* 3. *num.* 122. de his ſeminariis ait; [Inſtitutionem talem eſſe, ſiuè mores ſpectes, ſiuè eruditionem, vt nihil ea præſtantius, nihil perfectius cogitari poſſit, aut homine Chriſtiano dignius; neque Anglia, cùm eſſet florentiſſima, quidquam vidit in hoc genere excellentius.] Hæc attigiſſe de ſeminariis ſuffecerit.

109. Antonius Faber, Senator in ſuprema Curia Sabaudiæ, *tom.* 2. *deciſion. forenſ. l.* 9. *tit.* 12.

tit. 12. *definition.* 2. loquens de Patribus Societatis ait; [Quibus nihil ætas noſtra tulit, ferétque eruditius, aut religioſius; nihil denique toti Chriſtianæ Reipublicæ in tanta fœlicitate vtilius.

110. Ioannes Sanchez *in electis*, *diſput*. 43. *num.* 16. inquit: [Dilectio excedens Dei erga ſacratam Societatem Ieſu lucet, cùm tot, tantóſque filios ſapientiſſimos litteris præditos ei præſtiterit. O maximè dilecta à Deo Religio! intende proſperè, procede &, Regna]

111. Lælius Zecchius *lib. de republic. Eccleſiaſtic. titul. de religione*, *cap.* 2. inquit; [Ordo illuſtriſſimus Societatis Ieſu inſtitutus authore B. Ignatio anno 1540. cuius Religioſi docent, prædicant, rudes inſtruunt, Sacramenta præbent; purgant, illuminant, & perficiunt, ac iuuentutem in purgatis litteris erudiunt.]

112. Petrus Matthæus *in Bullario ad Bullam* 3. *Pauli* III. ſic fatur; [Dum ſuperſeminat inimicus homo zizania, adſunt diuino pneumate acciti Patres Societatis Ieſu, qui Petri ſedem illuſtrant: in Lutherum arma diuini eloquij parant, tyrannos aggrediuntur, lolium ab agro Dominico euellunt, & Fidei Chriſtianæ præclariſſimi buccinatores, verbo, & exemplo cunctis prælucent.

113. Benedictus Moreius *in hiſt. Sueui facti Neophyti pag.* 7. ait; [Ieſuitæ religioſum vitæ inſtitutum tenent, quod eò ſpectat, vt omnibus ferè miniſteriis Eccleſiaſticis vtilem ſuam operam Eccleſiæ Catholicæ probent.]

Et *pag* 17. affirmat, hæreticos de Ieſuitis hæc proferre; [Digni ſunt Ieſuitæ verbi Dei oppreſſores, quos iure, ſiuè iniuria perſequamur, atque opprimamus.]

114. Ioannes Rusberg *in epiſtolis Indicis editis Louanij anno* 1566. *in præfat.* enuntiat; [Aduerſus dæmonis ſceleratos, atque nefarios aſtus Societatem miſit, quæ cùm in primis amore Dei, tum ſtudio ſalutis humanæ mirabiliter accenſa, non modò ad contundendam hæreſim pro validiſſimo eſſet futura malleo; verùm etiam vim à Spiritu ſancto communicatam haberet, qua & enormes peccatores à laqueo deſperationis in viam reuocaret, & apud feras, barbatâſque gentes hactenùs inacceſſas fidem propagaret.] Ibidem extat parænesis Doctoris Ioannis Agricolæ Ammonij, in qua vocat *Præclaros, pios, & nunquam ſatis laudandos Theologos Societatis Ieſu.*

115. Stephanus Paſchaſius, *lib.* 4. *epiſt. de Religioſis Societatis* ediſſerit. [Reformarunt iſti cæremonias, Eccleſiaſticámque diſciplinam denuò ſanxerunt, ſeque penitùs Apoſtolicæ Sedi deuouerunt contra Caluiniſtas, qui ſe eorum capitales hoſtes profitentur. Atqui verè ſunt Catholici, cùm animaduerterent, ex eorum officina pietatem iuxtà, atque eruditionem prodire, munificè, & liberaliter eos dotarunt, ædificatis multis in locis iuuentutis inſtituendæ gratia non paucis Collegiis.

116. Franciſcus Montanus *in Apologia pro Societ.*

Societ. in præfat. aſſerit, loquendo de odio hæreticorum aduersùs Societatem Ieſu ; [Hinc nullum Ordinem atrocioribus calumniis appetunt, neque in vllum Eccleſiæ ſtatum impreſſionem violentiorem faciunt , quam in iſtam Societatem. Hæretici Germaniæ , Angliæ, Franciæ in ſuis concionibus , ac libris non ampliùs appellant Eccleſiam Catholicam Papatum,vt olim, ſed doctrinam Ieſuiticam, nec Catholicos vocant Papiſtas,ſed Ieſuitas.] Deindè *cap.*62. ait ; [Nouit , & lætatur Iaponia , Ieſuitarum ſudore vltra vicies centena millia hominum ad Fidem Catholicam conuerſa , & in præſenti pluſquàm quadraginta millia.] Scribebat hic Author anno 1595.poſt quod tempus innumera alia millia hominum in eis Inſulis miniſterio Societatis Ieſu fuiſſe ad Fidem conuerſa , teſtantur Annales.Deinceps idem Author proſequitur. [Chriſtiani Palæſtinæ , Græciæ , Ægypti , multarúmque partium Aſiæ Ieſuitarum opem non modò ſenſerunt , ſed & paſſim deprædicant. Polonia , & maximè Cracouia regni caput , videt, & miratur Ieſuitas animabus ad obſequium Dei trahendis , hæreſibúſque expugnandis perpetuò occupatos. Hungaria, Tranſſiluania. Germania ſuperior , & inferior , Flandria , & totus Septemtrio grata mente prædicat beneficia à Ieſuitis accepta , & Eccleſiæ Dei præſtita. Indi neophyti Ieſuitas tanto amore proſequuntur, & tanta veneratione colunt , vt cum ad ſe venturos audiunt, effuſi ex oppidis,

pagíſque ſuis, & in vnum agmen coacti obuiam procedant. tanta amoris, & reuerentiæ ſignificatione, quanta fieri poteſt maxima; neque id Chriſtiani faciunt dumtaxàt, ſed & ethnici, hominéſque planè ſylueſtres, & efferati. Idem Author *cap*. 64. hæc habet. [Noſtro tempore, vt viri ſapientes obſeruarunt, & maximè Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis, cùm Dominus permiſiſſet ſpargi venenum, mox etiam antidotum dedit. Martinus Lutherus ab Eccleſia diſceſſit, vt Eccleſiam impugnaret: Ignatius de Loyola ex mundo receſſit, vt mundum debellaret. Vtérque ab Eccleſia initio renatus, & genitus in eiſdem viſceribus, & quidem eodem tempore, vt gemini Eſaü, & Iacob. Lutherus, vt Eſaü, factus grandior, à dæmone inſtinctus, & impulſus eſt, vt Eccleſiæ turbo fieret; animabúſque perdendis, & ad ſempiternum exitium detrahendis adminiſter; Ignatius, tanquam Iacob, & indefeſſus miles eligitur à Deo, vt pro Eccleſia pugnet, animarúmque ſaluti procurandæ diligenter aduigilet. Lutherus campum educit; phantaſmata, & deliramenta Arij, Manichæi, Donati, & omnium veterum diaboli ſatellitum; Ignatius copias ſuas colligit, & præeuntibus ſanctis Eccleſiæ Doctoribus, eo ordine diſponit, qui & ad Lutherum fugandum, & ad omnes Lutheranas cohortes profligandas conducat.]

§. XI.

§. XI.

Aliorum ſcriptorum iudicium, & teſtimonia de Societatis Ieſu pietate, doctrina, & fructu.

171. ERitius Puteanus *in orat. de Purificat. Virg* inquit; [Societas Ieſu eſt, quam cùm nomino, ſatis laudo; illa victrix hæreſum: pharus virtutum: perfectio ſæculi: gloria diſciplinarum.] Proſper Farinacius *tract. de hæreſi in Epiſt. dedicat. ad Cardinales Inquiſitores*, ait; [Et quidem è Societate Ieſu, ſplendida illa litterarum officina ſcientiſſimorum &c.] Et cùm aliquos ſcriptores Societatis in medium protuliſſet, ſubdit; [Vt ſi quid eſt, quod in hoc labore meo laudem, commendationémque nominis mereatur aliquam, id ex eorum fontibus diſertè, vt par eſt, atque ſimpliciter hauſiſſe me fatear.] Addit deindè. [Sydus illud loquor Eccleſiæ clariſſimum], & hæreticorum formidoloſiſſimum fulmen Robertum Bellarminum, Cardinalem Illuſtriſſimum, illum Sapientium omnium, qui fuerunt vnquam, aut in præ-

ſentia ſunt, ſpectatiſſimum coryphæum: illum probatiſſimum, innocentiſſimum, integerrimum virum.] Eum mirè laudant Gretſerus, Florimundus Raymundus, Stapletonius, & mille alij. De Patre Ioanne Maldonato, eximia elogia concinnant Theologi Academiæ Muſſipontanæ, necnon Genebrardus, Stephanus Paſchaſius, Mag. Frater Baſilius Legionenſis, Ioannes Sanchez plurimíque alij. De eius Commentariis in Euangelia aſſeruit Frater Ioannes de Caſtro Verde Auguſtinianus, Hiſpanus Demoſthenes; [Auguſtino nihil defuit præter hunc librum, nec huic libro præter Auguſtinum authorem.] Ita refert Hurtado de Mendoza *tom.2. de Charitate, diſp. 153. ſ. 1. §. 7.* D. P. Ludouico Molina ait Ioannes Sanchez *in ſel. diſp. 48. num. 62.* [Molina Magiſter Magiſtrorum eſt, cùm eius ſcripta tàm in diſputationibus ſcholaſticis, quàm ad mores attinentibus lucem abſconditis rebus emiſerint.] Quantùm eum laudibus extollant, Academiæ, & Viri inſignes, vide apud Paulum Leonardum *in reſponſ. ad expoſtulationes contra ſcientiam mediam.* Renatus Choppinus *lib. 11. n. 18.* aſſerit de Religione Societatis; [Rara ingenij, doctrinæque munera ad ornatum templi Dei, id eſt, Eccleſiæ, conferentes.] De P. Petro Caniſio ſic Aubertus Miræus *in elogiis Belgicis claſſe 4.* locutus eſt? [Vt magnum illud Eccleſiæ lumen Auguſtinus olim in Africa Manichæos, Donatiſtas,
&

& Pelagianos, ſic noſtra ætate Lutheranos, Caluiniſtas, Anabaptiſtas ſtrenuè in Germania Caniſius oppugnauit.] De eodem Petrus Opmeer *in Chronographia ad annum* 1556. fatur; [Ferunt, Caniſium plures Germanos à Lutheri dogmate ſermone auertiſſe, quàm Carolum V. Imperatorem gladio, cùm eos iam ſubegiſſet.] Patrem Franciſcum Suarez nuncupauit Pontifex Clemens VIII. & Paulus V. *Doctorem eximium*. Patrem Gabriëlem Vaſquez, ait Frater Ioannes de San Baptiſta *qu. ſt.* 1. *art.* 7. *& quaſt.* 7. *art.* 10. [Solem fuiſſe, & lucem Theologiæ: Magiſtrum Magiſtrorum: Virum admirabilem: Angelum in vita, & intellectu, ac iuſtè mereri nomen Doctoris orbis, ſicut ſuo tempore meruit S. Ioannes Chryſoſtomus.] Viros inſignes virtute è Societate quatuor tomi integri Patris Nieremberg non capiunt; ſed elogiis ſingularium virorum Societatis poſſent impleri Volumina; De omnibus in communi ſermonem proſequamur.

118. Iuſtus Lipſius *Centuria* 1. *ad Belgas, epiſt.* 50. ait de Religioſis Societatis. [Doctores habetis natos ad optimas artes, & cum iis pietatem excitandam; audite, ſequimini, & militate ſub fœlici illo ſigno; ſub ſacro illius nominis ductu vincite. Ibidem *epiſt.* 52. fatur: [Et quidem ſacri illius, & fructuoſi Ordinis, nominis quod ſupra omne nomen eſt, titulum gerit, in quo vel cen-

ſeri laus eſt. Deindè *Centuria 3. miſcellanearum epiſt. 34. ad P. Iacobum Pontanum*, ſcribit; [O inſtitutionem veſtram olim mihi vtilem! inhæret ea, atque inhæſit; & illa Pallas fuit, quæ inter tempeſtates, in naufragia ſeruauit hunc Vlyſſem.] Paulus Muretus *lib. 1. epiſt. 98. ad P. Franciſ. Bencium*, fatur; [reiectis aliis omnibus curis in iſtam te ſanctiſſimam & orbi terrarum fructuòſiſſimam hominum cultui diuino mancipatorum ſodalitatem contuliſti.]

119. Nicolaus Sanderus *de Origine ſchiſmatis Anglicani, lib. 1. fol. 102.* enuntiat. [Sed ô rursùm ineffabilem Dei in nos, Eccleſiámque vniuerſam, bonitatem, & miſericordiam! qui his ipſis temporibus, quibus à blaſphema Lutheri lingua alibi, & in Anglia per inauditam iniquiſſimi tyranni ſæuitiam extincta planè videbatur omnis religionis, ac perfectioris vitæ profeſſio, & erga Chriſti Vicarium ita omnis ſublata obſeruantia, vt ipſius Papæ, ac Pontificis venerandum fidelibus nomen fieret execrabile, excitauit ſpiritum viri Dei Ignatij Loyolæ, ſociorúmque quorumdam ſuorum, qui caſtiſſimam, purgatiſſimámque Religionis viam ingreſſi, ad cætera perfectionis ſtudia, & vota illud quartum ſingulari quadam ratione ex Dei inſtinctu votum, contra Lutheri, & Henrici impietatem, ſpontè addiderunt, vt in omnibus officijs pietatis,

tatis, ac religionis peculiariter Romano Pontifici ſe,ſuámque operam pollicerentur, ipſiuſque iuſſu quiduis periculorum, aut laborum in religione propugnanda ſubirent; & quocumque demùm terrarum ad Infidelium errantium, ac peccatorum in inſtructionem, ac conuerſionem ab eo mittentur, mox abſque omni contradictione, etiam non petito viatico, tanquam à Chriſto miſſi proficiſcerentur.] Idem Author *lib.* 3. *pag.* 433. inquit; [Iam verò, quia de Patrum Societatis Ieſu excellenti educatione, inſtitutione, doctrina, multiplicíque coram Deo,& hominibus gratia ſermo apud Catholicos percrebuerat,multúmque eorum opera ab Angelis deſiderata eſſet; diligentiſſimè actum, effectúmque tandem eſt (interpoſita quoque Pontificis Maximi authoritate) apud illius Ordinis ſuperiores vt ex operariis ſuis præſtantioribus,præſertim Anglis,in meſſem Britannicam mitterét.]

120. Seuerinus Brennius *tom.* 4. *Concilior.* 2. *part. in vita Pauli III. ante Concilium Prouinciale Colonienſe*, fatur. [Societatem nominis Ieſu, quæ, authore Ignatio Loyola, nobili Hiſpano, inſtituta eſt, quæque Orientales populos conuertit, hæreſim Lutheranam propè extirpauit,magno totius Eccleſiæ applauſu, & emolumento, comprobauit, & confirmauit.]

121. Ioannes Boterus 3. *part. Relationum vniuerſal. lib.* 1. *pag.* 90. hæc habet. [Zingliani ſectarij ante paucos annos Vilnæ ampliſſimas

Scholas

Scholas aperuere propè immenſis ſumptibus, atque hoc inuento cùm Lithuanicam omnem penè iuuentutem deprauaſſent; ſed Ieſuitarum induſtria, & conatibus breui diſcipulorum frequentia ſpoliata, ad ſolitudinem tantùm non redacta, ad quos & ipſi Schiſmatis filios imbuendos meliori diſciplina mittunt; qua diligentia, aliiſque ſanctis artibus plurimùm adiuta eſt Catholica factio] Idem Author *ibidem lib. 2. pag. 135.* loquens de conuerſione Indorum Orientalium ait. [Cæpere vineam illam latiſſimam impigrè colere Beatiſſimorum Franciſci, atque Dominici alumni vnà cum Ieſuitis; at Minoritæ cum Dominicanis potiori temporis parte deſtinentur Pſalmodiæ curæ, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus, ob hoc conuerſionis maximum pondus penès Ieſuitas eſt, qui nullam elabi anſam ſinunt, qua vel Gentiles de nouo, Chriſto adiungant, vel recèns conuerſos iuuent; & corroborent]

122. Mambrinus Roſæus *in additionibus ad hiſtoriam Orbis Ioannis Tarcagnotæ 3. part. lib. 3. p.* 209. aſſerit; [Ab hoc Religioſorum genere mirabiles orti fructus, atque in dies oriuntur? Ante illos, cùm vſus obtinuiſſet, vti per Quadrageſimæ ſolùm tempora Concionatores Dei verbum prædicarent, eorum ſolertia factum, vt toto anni tempore ſalutaris pabuli copia ſit; quorum etiam & exemplis, & ſuadela populi excitati ad frequentem

quentem omologeſim, crebrámque Dominici corporis manducationem; neque his contenti, in Romano ſuo Collegio, exceptis Iuris ciuilis & medicinæ ſcientiis, reliquas gratis docent; Scripturarum autem, & Theologiæ cognitione præcipuè excellunt.]

123. Stephanus de Garibai 3. *part. Compendij lib.* 30. *cap.* 5. poſtquam Societatem Ieſu nuncupat Religionem plenam humilitate, charitate, exemplo egregio, atque doctrina, ſubiungit. [Atqui equidem auſim affirmare, etiam diligentiſſimum quemque ſcriptorem, ſi moram trahere deſtinaſſet his recenſendis, quæ huius Societatis aſſeclæ per vniuerſum mundum pro fidei Catholicæ exaltatione, & incrementis perpetrauerunt, defuturos ei priùs vitæ dies, quàm materiam.] Et tamen cum his Author hæc ſcribebat, Societas Ieſu ſolùm triginta ſuæ Fundationis numerabat annos, ſiquidem ille ſcripſit anno 1570.

124. Gundiſaluus de Illeſcas *in Hiſtoria Pontificia*, 2. *part. lib.* 6. §. *vlt.* aſſerit de Religioſis Societatis. [Quocumque accedant ſtuporem generant ob vitæ ſanctitudinem. Nullos labores pro gloria Domini benedicti hi Patres ſubterfugiunt, infinitam Ethnicorum multitudinem ad Fidem attraxerunt, ſpéſque eſt, vt in poſterum maiores fructus allaturi ſint; nam verbis facta maritant, tanta quidem facilitate, vt adamantinos quoſ-

que

que facillimè vincant. Vix eſt inter Religiones aliqua, quæ tam breui tempore ſic adoleuerit.]

125. Ludouicus Bauia *in hiſtor. Pontific.* 3. *part. in actis Gregorij X I I. cap.* 57. enuntiat hunc Pontificem *admiranda prudentia, altoque que iudicio elegiſſe huius Sodalitij Profeſſores, qui in gubernanda Dei Eccleſia ſuppetias ferrent* & prætereà *cap.* 90. ſubdit, [Miſſionum, quas hæc exercet Societas, excurſus non inferiores eſſe primitiuæ Eccleſiæ laboribus in diſſeminando Euangelio; atque ita ego quidem arbitror, ex his Miſſionibus vnamquamque longam, atque continuam eſſe Martyrij formam; nam incommoda, quæ mari, terráque perpetiuntur, fidem ſuperant.]

126. Don Ioannes de Vera, & Zuñiga, Comes de la Roca *in Epitome vitæ Caroli V. p.* 24. hæc habet; [Hoc ipſo anno, quo Lutherus tanta ſuperbia infectus eſt, fecit omnipotens, vt glorioſiſſimus Ignatius de Loyola ſigna extulerit, ſub quibus militarunt, atque etiam militant Apoſtolicæ legiones, quæ ſæpè conſertis calamis publico orbis ampitheatro de eius iniquiſſimis dogmatis triumphos reportarunt.]

127. Antonius de Herrera 1. *part. Chronici generalis lib.* 6. *c.* 22. loquens de regionibus Borealibus ait; [Has Prouincias ingreſſi Lutherani, Caluiniſtæ, Ariani, Anabaptiſtæ atque Zingliani, erecta impietatis academia fabricæ operoſæ, iuuentutem miſerè corruperunt;

runt; ſed Ieſuitarum ſtudio opulentum illud gymnaſium breui vaſtitatem experiri coactum; quorum demirati ſcholas ipſi hæretici filios erudiendos ſubmittunt; atque in hunc modum orthodoxa fides plurimùm floreſcit.] Addit deindè. [Poloniam opera Societatis Ieſu, admirandíſque illius conatibus ſingulariter adiutam; qui & Catholicos, ne deficiant, corroborant, & à Chriſti Eccleſia ſeparata membra, reſtituunt.]

128. Odoardus Fernandes *in præfat. ad hiſtoriam Trigautij de Sinarum Miſſione, in Hiſpanum ſermonem conuerſam*, aſſerit; Supra omnem humanam ſpem, atque conceptum, ſubleuatum ab hac Societate Crucis vexillum apud infinitas Barbarorum Nationes ardentiſſima charitate; ſubiugatam hæreſim; reformatos Orthodoxos; Magiſtros eſſe generales virtutum, atque ſcientiarum; ſpiritales orbis deuictores; animarum, quas præ multitudine numerare impoſſibile ſit, nouo modo creatores; Neque hæc tanta vitæ actiuæ officia impedimento eſſe contemplationi, quas vincire norunt actiones egregiæ.]

129. Petrus de Mariz *in dialogis de varia hiſtor, dialog. 5 pag. 323.* ait; *Societatis Religioſos miranda patrare in Oriente, vti quotidiani fructus demonſtrant clariſſimi, neque minores edere apud Luſitaniam; nempè qui virtutibus tam eximiè vigeant, vita exemplo, atque doctrina Catholica.*

130. Michaël Iſſelt Surij continuator, *ad annum* 1572. ſic fatur. [Celeberrimam nominat

minat Societatem Pontus Henterus Delfius *hiſtoriæ rerum Belgicarum libro* 13. ac iam per ſe clarum, illuſtréque Ieſuiſtarum ſodalitium (qui ſine moroſitate reformata ad pietatis cultum vita, inſuper purioris Litteraturæ elegantia prudenter teneram in hac pietate ætatem diligenter imbuunt, ac ad eloquentiam, ingeniíque acumen elimandum exercent) ſua authoritate approbauit &c.

131. Matthæus Tympij *in theatro hiſtoriso pag.* 196. inquit. [Treueris adoleſcens veneficus acerrima eſſe retulit Dæmonum odia in Ieſuitas, quos diſſimillimos eſſe fatentur ſibi, ac diuerſa volentes, ita vt omnes, ad opprimendos eos, artes inquirunt,] Doctor Michaël de Torres, Cathedræ moderator in Academia Complutenſi, in quadam concione exhortans omnes ad exercitia ſpiritualia S. P. Ignatij peragenda, aſſeruit, ſe in illis plus Theologiæ triginta diebus didiciſſe, quàm triginta annis à ſe in ſtudio Theologiæ tranſactis. Ita. P. Nierembeg *in vita S. P. Ignatij, cap.* 38. *fol.* 122.

132. Florimondus Remundus Conſiliarius Burdigalenſis Regis Chriſtianiſſimi Galliæ *tom.* ·. *de origin. hæreſ. lib.* 6. *cap.* 3. §. 3. ediſſerit [: Quàm verò capitali odio Eliſabetha Societatem hanc ſemper perſecuta ſit, indè quoque patet, quòd & Turcarum Imperatorem ſollicitauit, ne Patribus huius Societatis in Imperium ſuum editum concionandi Chriſtianis permitteret facultatem, quod tamen

men Galliarum Regis Orator impediuit.] Deindè *Paulò inferiùs* ſubiungit. [Cum toto regno fama de Ieſuitarum aduentu percrebuiſſet, multæ ſtatim vaniſſimæ fabulæ de eorum conatibus, & moribus vulgari cæpere, atque vtinam in Anglia tantùm, non etiam in Galliis, & alibi falſa eiuſmodi crimina Societati huic impingerentur. Quis enim neſcit, in Galliis pridem Catechiſmum exiiſſe à quinque, & Catholicæ Religionis, & omnium Religionum iuratis hoſtibus, quo Gallorum animi in Societatis huius perniciem, multis per ſummam impudentiam confictis criminibus, accenduntur. Sed ô tenebrones! An nè bonos viros, quales eſſe vultis, ita agere oportet; Non fruſtra eſt, quòd quinque eſſe voluiſtis, ad numerum ſcilicèt eorum Deaſtrorum, quos Rhea, vt Ægyptij fabulantur, peperit; Idem numerus Baccho ſacer eſt; nec profectò fieri poteſt, vt librum hunc alij, quam Bacchi thyrſo percuſſi, vel hæreſi potiùs ebrij, elaborauerint. Ait Plato, reum in mundi huius fabrica quinarij numeri vſum eſſe compoſitione; at ego dico diabolum, vt mundum diſpenderet, quinque hominum operam ſibi adſciuiſſe. Notat Plutarchus, quinarium diuiſionis eſſe numerum, ac plerá que à natura per eum diuiſa; certè quinque hos illud vnicè ſpectaſſe certum eſt, vt Eccleſiæ vnitatem diuiderent, & quamplurimos à Societate hac auulſos contra ipſam Eccleſiam incitarent.] Rursùs *ibidem lib.* 5. *cap.* 2.

num

num. 2. fatur. [Eodem tempore, quo Lutherus, abiecto cuculo, non ſe tantùm, ſed alios quoque contra Eccleſiam armauit, Deus militarem hominem excitauit, qui depoſito ſago, religioſum habitum aſſumeret. Hic ille eſt, quem ſub nominis Ieſu vexillo Deus obſeſſæ ſuæ ciuitati in ſubſidium miſit, vt eam non ſolùm ab inſidiis, & ſtratagematis hoſtium, contráque eorumdem aſſultus defenderet; verùm etiam in hoſtes vltrò irrueret, machinas eorum corrumperet, propugnacula deiiceret, cuniculos euerteret, hoſtibúſque depulſis, profugos intra muros Eccleſiæ ab ei deſertos reduceret, & ex perſecutoribus defenſores, ex hoſtibus ciues redderet. Hæc fœliciter præſtitit Ignatius Loyola, tam nobilis, & validi exercitus, qui per totum terrarum orbem in manipulos diſperſos, ſub Ieſu nominis vexillo, hæreſi continuum bellum facit, Chriſtianum nomen ad extremos vſque terræ limites profert, Dux, & primus Imperator. Societatem illam quis non dicet auxiliarem manum eſſe à cœlo contra nouum Señacherib ſummiſſam? Quam etiam firmiter ſperandum eſt non priùs defecturam, quàm omnes hæreſes ſint extinctæ diuinitùs ad hoc miſſa eſt hæc Societas, vt mundo fœlicitatem, Eccleſiæ ſalutem, ſibi gloriam pareret, & adferret.] Eodem ſtylo, & altioribus adhuc elogiis multa *ibidem* proſequitur. Prætereà ſubdit: [Quis hoc tam ſanctum Patrum iſtorum Inſtitutum ſatis dignè

dignè laudauerit? Hi magni ſunt, & ſapientes tàm corporum, quàm animarum ductores, quibus ex omni vita vix vna horula perit, quæ non expoliendis & ad virtutem, & pietatem teneræ iuuentutis animis collocetur. In horum collegiis infinitus quaſi eſt Ieſuitarum numerus, quorum de doctrina tanta eſt exiſtimatio, vt ſcientiæ omnes perditæ eorum opera reſtitui poſſe videantur. Ex quo teterrima eorũ apparet inuidia, quos Societati huic ignorantiam exprobrare non puduit; ſed hoc conuicium non minùs in ipſis locum habet, quàm in Hercule ignauiæ, & formidinis crimen.] Denique *eodem c. paulò inferiùs*, hæc ſubnectit.] Ignoſcat mihi lector multis Societatis huius inſtituta deſcribenti, per horum enim potiſſimùm latera hæretici Eccleſiam petunt; hos, tanquam victimas, gladiis ſuis deſtinant; hos cane peius, & angue oderunt. At nos, ô inuicti, & indefatigabiles Æacidæ, cœlitùs vos miſſos credimus, vt tam longo, & funeſto bello finem imponatis. Vobis, vt à Mercurio olim Vlyſſi, diuina illa herba moly à Deo data eſt, vt tantam miſerorum hominum à venefica illa Circe hæreſi excantatorum, & in beſtias tranſmutatorum multitudinem priſtinæ formæ reſtituatis, alióſque, quos mali illius vis nondum attigit, præſeruetis. A vobis, duces fortiſſimi, vltimus ille ictus Lernæo monſtro infligendus expectatur; in fatis nempè eſt, vt ſicut Troia ſub Pyrrho, ſic ſub vobis hæreſis

pereat atque exſcindatur. Quamvis autem merita veſtra, & labores, non vt par eſt, ab omnibus excipiantur, & compenſentur, ne tamen ceſſate victorias veſtras perſequi, donec hoſtis planè proſtratus, & deiectus in triumphum à vobis ducatur.]

§. XII.

Quid circa Societatem Ieſu, eiúſque pietatem, doctrinam, & fructum ſenſerint, ſcripſerint & experti fuerint Viri, & Fœminæ ſanctitate, aut virtute inſignes?

133. ALiquæ circumferuntur reuelationes, & vaticinia ſacra de Societate Ieſu, quibus egò maiorem non intendo authoritatem deferri, quàm ab Authoribus habent. Eas breuiter libabo. Sanctus Vincentius Ferrer. *in opuſculo de vita ſpirituali*, hæc enuntiat. [Status virorum Euangelicorum futurus; & hoc debes diu, noctúque meditari, ſcilicèt ſtatum pauperrimorum, ſimpliciſſimorū, & manſuetorum, humilium, abiectorum, charitate ardentiſſima ſibi coniunctorum, nihil cogitantium, aut loquentium, nec ſapientium, niſi ſolùm Ieſum Chriſtum, & hunc

hunc crucifixum, nec de hoc mundo curantium, ſuíque oblitorum; ſupernam Dei, & Beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitùs ſuſpirantium, & ob ipſius amorem ſemper mortem ſperantium, & ad inſtar Pauli, dicentium: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto; & innumerabiles, ac inæſtimabiles theſauros diuitiarum cœleſtium, & ſuper dulces, & mellifluos riuos diuitiarum, ſuauitatum, ac iucunditatum, & ſuper omnia mirabiliter expanſos, & ſuperinfuſos. Et per cōuerſationes imaginari debes eos ipſos, vt cantantes canticũ Angelicũ cum iubilo cytharizantium citharis cordis ſui. Hæc imaginatio ducet te, pluſquam credi poteſt, in quoddam impatiens deſiderium illorum temporum.] Hanc reuelationem intellexerunt de Societate Ieſu, eiúſque Religioſis Fr. Dominicus Grauina ex illuſtri Prædicatorum ordine *lib. de voce turturis, part. 2. cap.* 30. Rutilius Bezonius Epiſcopus Lauretanus *lib. 1. de Iubilæo, cap.* 8. Antonius Zara Epiſcopus Petinenſis *in anatomia ingeniorum, ſect. 2. membr. 2.* Et ſtatim ac exorta fuit Societas plures commoti ſunt vt eam reuelationem de Societate caperent. vt teſtatur Orlandinus 1. *part. hiſtor. Societat. lib. 2. n.* 56.

134. B. Archangela Panicorola, religionem profeſſa in cœnobio S. Marthæ Medioſanenſi, cùm ad Deum ardenter oraret pro Eccleſiæ bono, & morum emendatione, diuinitùs ei oſtenſum eſt, orituram fore Societatem Ieſu,

Ieſu, cuius ſacerdotes, nouorum inſtar Apoſtolorum, in toto terrarum orbe operam nauaturi eſſent in conuerſione animarum, & quòd venturi eſſent Mediolanum, futuróſque miro eius Ciuitatis ſolatio, & bono.] Ita ſcribit Sacchinus *2. part. hiſt. Societ. lib. 7. num. 36.* Qui aliud B. Caietaui vaticinium de Societate Ieſu, aliáſque reuelationes affert *ad ingreſſum eius 2. part.*

135. Matertera P. Petri Caniſij, fœmina inſigniter pia, cùm eum animaduerteret in deligendo vitæ ſtatu anxium, ipſi aſſeruit; [Tu fili coaptaberis in nouum quemdam ſacerdotum Ordinem, quem in Eccleſia ſua multorum in ſalutem parat Deus. Eos ego per viſum vidi, & te ad eos adiungi. Graues erunt viri, docti, modeſti, Deo pleni, & animarum charitate præditi.] Sic refert Orlandinus *1. part. hiſt. Societ. lib. 4. n. 34.*

136. Soror Magdalena Iaſſo, S. Franciſci Xauerij germana Monialis in Monaſterio Sanctæ Claræ Gandienſi, Patri ſuo cogitanti amouere Xauerium ab ſchola Pariſienſi ob ſumptus, quos ibi faciebat, ſcripſit poſcens, ne illum indè amoueret; [Nam æterno eſt obfirmatum decreto, vt Orientis Apoſtolus, nouique inſtaurator orbis, frater meus, tuúſque gratus Franciſcus euadat.] Ita refert P. Franciſcus Martines *in vita S. Franciſci Xauerij l. 1. cap. 4.*

136. Prædictiones Ioachimi Abbatis Florenſis de Societate Ieſu ſcriptas fuiſſe cenſet

Rutilius

Rutilius Benzonius Epiſcopus Lauretanus *lib. de Iubileo, cap. 8. fol.* 42. Ergo Abbas Ioachimus *in cap. 1. Hieremiæ*, ſic ait; [Reuelandi ſunt in Eccleſia Doctores, Prædicatoréſque fideles, qui terrena, ac carnalia corda omni plaga percutiant, atque erectis, ac tumidis magiſteriis ſilentium ſtudiis ſuis imponant. Et benè filius Melchiæ Hieremias deſcribitur, quia ille ordo futurus ad obedientiam ſummi Pontificis dirigitur.] Affert etiam hæc verba P. Quintanadueñas *tom. 1. ſingular. in appendic. tract. 7. num.* 3. Idem Abbas Ioachimus *in Comment. Apocalypſ. 1. part.* aſſumpto typo Angeli Philadelphiæ, inquit. [Deſignat autem, vt iam diximus in ſexto menſe ſextum tempus Eccleſiæ in quo oportebat concipere ſpiritualem Eccleſiam, haud dubium quòd nouum quemdam ſpiritualem intellectum, ſiuè etiam promiſſionis filios, & prolem ſpiritualem, hoc eſt, ipſum Ordinem, quem deſignat Ieſus, qui videlicèt Ordo, amabilis, & præclarus infra limitem ſecundi quidem ſtatus initiandus eſt, hoc eſt, in tempore ſexto. Promittit autem Dominus, daturum ſe oſtium apertum coràm Angelo Philadelphiæ, hoc eſt, illi ordini, qui ſignificatur per ipſum, & ita manifeſtè apertum, quòd nemo poſſit claudere illud ſecundum quod & Ioſeph datum eſt in Ægypto ſoluere occulta myſteria, qui & ipſe eundem ordinem pari modo, myſticè deſignat. Sunt autem nonnulli, qui quærunt claudere oſtium iſtud,

ſpernentes

ſpernentes prophetiam extinguentes ſpiritum, vt ipſi ſoli in populo videantur Magiſtri, & doctrinæ occaſione poſſint inter homines principari.] Idem Abbas *lib. 5. concordiæ noui, & veteris teſtamenti, cap. 18.* fatur. [Natis enim ſex filiis Liæ, quaſi in ſex temporibus mox circa finem editus eſt Ioſeph, qui præfuit fratribus ſuis,& dominatus eſt in omni terra Ægypti, ita vt ipſe Pharao obediret ei, & ſtaret omnibus conſiliis eius. Futurum eſt enim vt ordo vnus conualeſcat in terra ſimilis Ioſeph, & Salomoni; & ipſe ſubiiciet beſtias, & omnem terram,vt compleatur in eo promiſſio illa Pſalmi 71. dicentis; & dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Ipſe eſt populus ille ſanctus, de quo dixit Angelus Danieli *cap. 7.* Regnum autem, & poteſtas eſt magnitudo regni, quod eſt ſubter omne cœlum, dabitur populo ſanctorum Altiſſimi. Hic eſt populus ille ſanctus, ordo ſcilicèt iuſtorum circa finem futurus,de quo in typo Salomonis dictum eſt à Domino per Nathan Prophetam: ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium. Neque enim, ſecundum quod apertè docet Angelus in præſcripta viſione, de ſolo Filio Dei intelligenda ſunt verba iſta,ſed tàm de ipſo, quàm de his, qui ſecuti ſunt ad integrum veſtigia eius.] Scio, quæ de Ioachimo Abbate ſcribit Alphonſus de Caſtro *aduerſus hæreſes, verbo, Apoſtoli.* At ſcio etiam, quomodo eum defendant Franc. Viuar. *in Apol. pro Flauio Dextro §. 6.*

§. *6.n.9.*& Viegas *in Apocalypſim, commentario 2.in c. 3.ſect. 3.*

137. Iſaias *cap.* 60. inquit; [Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?] Hanc eſſe Prophetiam de Religioſis Societatis, ſcribit Ioannes Federicus Lummius *lib.2. de extremo Dei iudicio,& Indorum vocatione,cap.6* his verbis;[Quemadmodum enim columbæ fellis acerbitate carentes ſimplicitate ſecundum Euangelium commendantur;ſic in illa Societate nihil maiori admiratione dignum cernitur,quàm mentis conuerſationis, vitæque ſimplicitas, cum ſpiritus paupertate coniuncta. Deindè vt columbæ fixum habentes domicilium, vbi aliquandiu rauco gutture ante cancellos ſuos triſte quidpiam meditando ingenmuerunt, in patúlos campos aduolant, vnde non ſolùm ſatiatæ, ſed & comitatæ redeuntes magnam ſecum ſælueſtrium columbarum cateruam domum deducũt, non ſine fœnore illius,apud quem hoſpitantur;ſic Ieſu Societas poſtquàm aliquot iam annis in Europa,velut in primæuo domicilio, Chriſtianæ gentis ingratitudinem grauiter ingemiſcens deplorauit, auolare iuſſa eſt ad exteros populos, velut ad ſylueſtres, indomitáſque feras,vnde circa mundi veſperam cum exultatione reditura, quod in cæleſtibus manſionibus eo vſque vacuum remanſit, copioſo Indorum replebit agmine.] Hanc interpretandi normam approbat Rutilius

lius Benzonius Epiſcopus Lauretanus *lib.1.de Iubilæo, cap.* 8.

138 Verba vltima Prophetæ Abdiæ, [Et aſcendent ſaluatores in montem Sion iudicare montem Eſau, & erit Domino regnum,] poſſe accipi de Religioſis Societatis, ſcribit F. Didacus de Arce, ex ſacro Minorum Ordine, 1. *Orationum miſcellaneo, orat.* 1. *pag.* 20. Verba autem ipſius Prophetæ; [Et tranſmigratio Ieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri,] de conuerſione Indorum intelligit. F. Luiſius Legionenſis *ad eumdem loc.* Quis autem neſciat, S. Franciſcum Xauerium eſſe Indorum Apoſtolum; quantáque præſtiterint apud Indos, Sinas, & Iapones Religioſi Societatis, & ſat cõſtat ex teſtimoniis in hac Criſi allatis, & ex pluribus Annalibus.

139 Iſaïas *cap.*18.ait? [Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem.] F. Thomas Maluenda ex inſigni Prædicatorum ordine *lib.* 3. *de Antichriſto, cap.* 12. aſſerit de hac Iſaiæ Prophetia; [Verba vaticinij mirificè in conuerſionem Sinarum quadrant. Iſtorum ad Eccleſiam adductio res eſt præclari momenti, & digna ſatis, quæ magnis Prophetarum Oraculis prænuntiaretur. [Cæterùm primus S. Franciſcus Xauerius ad Sinas conuertendos ſe accinxit, & ibi ad ſuperos euolauit; ſecuti ſunt eum Societatis Religioſi,

ſi,qui quantùm in Sinis conuertendis elaborauerint,quantúmque fructum indè reportarint in animarum cultura . nec vllus ignorat , nec aliud inſonant Hiſtoriæ.

Sanctum Carolum Borromæum , ſcribit *in eius vita* Cardinalis Auguſtinus Valerius , Religioſorum Societatis opera, & conſiliis in plurimis vſum eſſe ; qui cùm de commiſſo ſibi Archiepiſcopatu Mediolanenſi (cuius tunc miſeranda eſſet facies) cogitaret , miſit ante ſe viros Societatis,[Qui omnes,tanquam exercitati milites , procurrerent , Duci viam pararent , bellíque initia ſuſciperent , quod grauiſſimum , & turbulentum cum deprauatis hominibus , dæmonibúſque futurum erat;] Verba ſunt Hiſtoriographi. Deinde intra Mediolanum Baidenſe procurauit Societati Collegium,ſciens, vt aiebat , magnos Eccleſiæ ſuæ fructus allaturum; Ad illud mittebat Clericos ſui ſeminarij ad altiora ſtudia addiſcenda. Abbatiam Aronenſem dudùm in Familia ſua retentam Societati contulit , vt Aronæ domus Nouitiorum eiuſdem Societatis conſtrueretur. Clericos ſacris à ſe initiandos volebat priùs Exercitiis ſpiritualibus Sancti Patris Ignatij vacare ; quæ & ipſe eximiè laudans frequentiſſimè peragebat. Familiam ſuam compoſuit iuxta normam , & ſpiritum Societatis. Secum Sacerdotes Societatis ferebat, cùm diæceſim luſtrabat , vt fide , & moribus Chriſtianis eius oues inſtruerent,maximè cùm peragraret Rhætos Heluetiorúm-

que fines, vbi collegium Societati obtinuit libens, & frequens ad Collegia Societatis diuertebat, & moribus Religioſorum ſe attemperans, humaniſſimè, & eximio amore cum illis agebat. Hæc omnia latè refert præfatus Cardinalis Valerius. De libro exercitiorum Sancti Patris Ignatij dicebat, continere omnem veram ſapientiam omnium librorum. Ita P. Nieremberg *in vita Sancti Patris Ignatij cap.* 38. *pag.* 111. Qui Author *cap.* 40. Latè refert; quantùm ſe profeſſus fuerit S. Carolus filium ſpiritualem Societatis; & elogia quæ de illa dixit, & ſcripſit; ac ſtatim poſt mortem apparuiſſe ſuo Confeſſario Patri Adorno è Societate, eíque dixiſſe, citò fore in cœlo coniungendos.

142. S Philippus Nerius, Fundator Congregationis Oratorij (ita ſcribit Auguſtinus Mannus, ex eodem Oratorio *in Hiſtoria ſacra, maximè cap.* 261. & Orlandinus 1. *part. hiſt. Societ. lib.* 16. *num.* 123.) mirificè amauit S. P. Ignatium, & eum in dubiis conſulebat? Quos reperiebat idoneos ad eum mittebat in Societatē admittendos; optauit ipſe in Societatem admitti, vt ſignificauit Cardinalibus Cuſano, & Bellarmino; verùm S.P. Ignatius iudicauit, maiori Dei gloriæ cedere, quòd non admitteretur; præſentiebat enim, eum ad noui venerandi Ordinis Fundationem à Deo excitari. Poſt beatum obitum S. P. Ignatij Confeſſarium ſibi è Societate elegit Patrem Ioannem Baptiſtam Peruſcium.

143. S. Tho

143. S. Thomas de Villanoua, Auguſtinianus, Archiepiſcopus Valentinus, emolumentis Societatis paterno affectu, proſpiciebat. Si aliquem ex eius Religionis ſuperiores ad aliud collegium ex Valentino mittebant, dulciter conquerebatur, ſibi auxilia detrahi. Moriens ex pecuniis, quæ non multæ ſupererant (nam omnia in pauperes erogabat) magnam partem Societatis collegio legauit. Ita *in hiſt. Societ.* 1.*part.lib.*15.*num.*78.

144. B. Ludouicus Beltran, ex ſacra Prædicatorum Familia, cumulatè laudabat Societatem, & egregiè illi patrocinabatur. F. Ioannes Mico ex eadem Familia, quem communiter Valentiæ *Beati* nomine ob inſignem virtutem afficiunt, omnino delectabatur rebus Societatis, eiúſque progreſſibus, perindè ac ſi vnus de illa eſſet, & accuratè volebat particeps rerum omnium fieri, quæ in tota Societate maximè apud Indos, gererentur. Sic Orlandinus 1.*part.hiſt. Societat. lib.* 14. *n.*70. Sanctiſſimus Pontifex Pius V. ex eadem Familia, eximiis encomiis, & priuilegiis Societatem ornauit, vt oſtendimus *ſuprà* §.3. eiúſque amorem, liberalitatem, & beneficia erga illam commendat ſatis Ribadeneyra *in Vita B. Franciſci de Borja.* Eximius ſanctimonia F. Bartholomæus à Martyribus Archiepiſcopus Bracharenſis, ex eadem Familia, Collegium Societatis ædificauit, eiúſque viros ſemper ſibi coadiutores adſciuit, vt refertur *in eius Vita*, & nos attigimus *ſuprà* §. 3.

145. Ludouicus Bloſius, Benedictinus, pietate inſignis, vſque adeò Societatis Inſtitutum in animo, & æſtimatione habuit, vt omni ſollicitudine curauerit, quòd in Belgio admitteretur. Ita Orlandinus 1. *part. hiſt. Societ. lib.* 13. *num.* 31. exercitia ſpiritualia S.P. Ignatij peregit Louanij, & illuc ſuos Monachos binos & binos mittebat, vt eademmet peragerent; & orandi modum, quem in illis didicit, ſtabilitum in ſuo Monaſterio reliquit. Ita P. Nieremberg. *in vita Sancti Patris Ignatij cap.* 38. *pag.* 121. Rolandus Guichardus ſacri Ordinis Minimorum in Gallia Prouincialis, & Generalis Viſitator adeò opportunam bono publico iudicauit Societatem, vt elaborauerit, quòd Burdigalæ Collegium extrueretur, & ſtimulauerit Guillelmum Rato ad tria Collegia fundanda. Sic Raynaudus *in appendice ad ſanctos Lugdunenſes*, vbi huius viri inſignem virtutem commemorat. Cæterùm Annales Societatis de pluribus viris pietate illuſtribus mentionem faciunt, qui eximiè ſenſerunt de Societate Ieſu, eámque totis conatibus laudarunt, & ei patrocinati ſunt; Ex Ordine Prædicatorum Fr. Ludouicus Granatenſis, Fr. Ambroſius Catharinus, Fr. Franciſcus de Victoria, Mag. Mancius, Fr. Petrus de Soto, Fr. Ioannes de Peña, & alij. Ex Ordine Seraphico Fr. Ioannes Texeda, Fr. Alphonſus de Caſtro, & plurimi. Ex Ordine Auguſtiniano, Fr. Ioannes Suarius, Antiſtes Conimbricenſis

Fr.

Fr.Ludouicus de Montoya,ac alij plures;Necnon idipſum de Fr.Alexio de Meneſes,Goenſi Antiſtite,refert Fr. Franciſcus de Gouea *in eius vita,lib.2.cap.* 1.

146. Dom. Franciſcum de Reynoſo Epiſcopum Cordubenſem, ſcribit Gregorius de Alfaro *in eius Vita*, ad meliorem frugem fuiſſe redactum à Religioſis Societatis, & eorum induſtria ſemper vſum. Illuſtr. Dom. Fratre Blanco, Archiepiſcopus Compoſtellanus, cuius corpus poſt quinquennium apparuit incorruptum, ita veneratus eſt Societatis Inſtitutum, vt plura Collegia fundauerit. Franciſcus de Sales,Epiſcopus Gebennēſis,miraculis clarus, in collegio Societatis Claromontano pietatis, & doctrinæ fundamenta iecit, ſempérque Societatem eximiè coluit: ita refert Raynaudus *in addition.ad Sanctos Lugdunenſes.* Plura poſſem addere de Ludouico Infante Luſitaniæ, qui in Societatem admitti petiit, nec aſſenſit S. P. Ignatius, vt virtute regno præluceret; De Cardinali Roberto Nobilio, qui curauit purpuram dimittere, & Societati addici, & cùm non obtinuiſſet, vitam adaptauit ad nórmam Conſtitutionum Societatis, quantùm ei licuit,vt refertur *in diſt. Societ.* 2. *part. lib.* 2. *num.* 1. De Cardinalibus Cæſare Baronio,Ioanne Groppero, Staniſlao Hoſſio, Othone Truches, Lotharingio, & Turnonio, quorum eximia fuit de Societate exiſtimatio, ingens erga illam cultus, & amor; eorúmque præclara geſta recenſent Ioannes Anto-

nius Petramellarius, *de ſumm. Pontificib. in Paulo IV. num.* 76. Andreas Victorellus *in additionib. ad vitas Pontificum Ciaccioni.* De Dom. Ioanne de Ribera Archiepiſcopo Valentino; de Dom. Bartholomæo de Torres Epiſcopo Canarienſi, ac de pluribus aliis, quos paſſim in hiſtoriis reperies.

147. Magiſter Ioannes de Auila, prædicatione, ſanctimonia, & ſcriptis egregius, optavit Societati nomen ſuum dare, & cùm iuſta eum momenta remorarentur, optimos quoſque diſcipulorum in Societatem admittendos miſit: Ex animo eam coluit, atque in pluribus Bæticæ oppidis Collegia fundari ſuaſit populis, & curauit; Cum plurimùm elaboraſſet pro Fundatione Collegij Cordubenſis, & tandem nactus fuiſſet optatum finem, in ea verba prorupit; *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace* &c. Oppidum Mantillæ beatum nuncupauit, eo quòd haberet domum probationis Societatis, ad quam ipſe frequenter accedebat, vt contemplationi rerum diuinarum laxaret habenas, in eáque tandem ad ſuperos euolauit & ibi eius oſſa requieſcunt. Ita extat *in eius vita*, cuius Author eſt Fr. Ludouicus Granatenſis.

148. Magiſter Daza in vrbe Abulenſi ſpiritum Magiſtri Auila fuit imitatus, & quidem ille ſuos diſcipulos ad Societatis Religioſos mittebat, vt ab his perficerentur. Ea erat il-

lius

lius de Societate exiſtimatio. Ita refert Venerabilis P. Ludouicus à Ponte *in vita Patris Balthaſaris Aluarez cap. 9* [Simon Gomez Luſitanus, cuius virtutes, ac vitam ſcripſit Emanuël de Vega, Luſitano idiomate, in Societatis ſchola ſpiritum hauſit, eáque adiutrice profecit, vt idem Author memorat. Alexander Berci Florentinus, raræ virtutis puer; cui in cunis vagienti Angeli flores & corollas nectebant; Deipara ſuauiſſimè, & frequenter eum ſolabatur; ardentiſſimis affectibus concupiuit in Societatem admitti, & cùm præ tenera ætate non obtinuiſſet, nam obiit nondum ephæbus, id extremum popoſcit ſolatium, vt eius cineres in Eccleſia Societatis conderentur. [Hæc omnia refert Vaſconcelos *tom. 2. de Angelo cuſtode, lib. 3. part. 1. cap. 10.*

149. Societatis opera, & ſpiritu vſæ fuerunt fœminæ ſanctitate celebres, quæ, quidquid boni haberent, inſtructioni, & iuuamini Religioſorum Societatis ſe debere fatebantur. Atque, vt alias plures omittam, huiuſmodi ſolum in Hiſpania (nam extra Hiſpaniam plurimæ referri poſſent; & vnam dumtaxàt vel alteram memorabo) fuerunt in vrbe Abulenſi Maria de Vela ex Ordine Ciſtercienſi, vt conſtat *ex eius vita 1. part. cap. 33.* Et ibidem Maria Diaz, & Anna Reyes; quarum meminit V. Pater Ludouicus à Ponte *in vita Patris Balthaſaris Aluarez cap. 9. & 10.* Dom. Ioanne Cardona, vt in eius vita refertur, *&* 1.

part. hiſt. Societ. lib. 7. num. 61. Aloyſia de Caruaſal, vti Ribadeneyra narrat *in vita Patris Didaci Laynez lib.* 3. *cap.* 6. Iulia Zerbina, de qua Orlandinus 1. *part. hiſt. Societ. l.* 2. *n.* 76. Beatrix de Aquilar, cuius oſſa in Collegio Granatenſi conduntur. Duæ ſorores Venerabilis Fratris Alphonſi Rodriguez, quarum cineres in Collegio Segouienſi requieſcunt. Magdalena, & Helena, Auſtriacæ filiæ Imperatoris Ferdinandi, de quibus Ribadeneyra *in vita B. Franciſci de Borja lib.* 3. *cap.* 9. Margarita Auſtriaca, Hiſpaniarum Regina, cuius acta egregia ſcripſit Eimnentiſſimus Cardinalis Don Didacus de Guzman, Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Venerabilis Marina de Eſcobar, cuius mirandæ vitæ primam partem ſcripſit Ven. P. Ludouicus à Ponte: Ego verò ſecundam, necnon primam adnotationibus exornaui.

§. XIII.

Quid de Societate Ieſu ſenſerit, & ſcripſerit Sancta Thereſia à Ieſu; ac quantum in ſpiritu, & in Fundatione ſacri ſui Ordinis ab illa fuerit adiuta?

150. VNa pro multis ſufficeret, Hiſpaniæ decus, Eccleſiæ lumen, Reforma-

trix

trix Carmeli ſancta Thereſia de Ieſu. De qua V. P. Ludouicus à Ponte *in vita P. Balthaſaris Aluarez cap.* 11. §. 2. affirmat, ipſam dicere ſolitam, ſe ferè habuiſſe è Societate Ieſu Confeſſarios, & Magiſtros ſpirituales, quibus conſcientiæ arcana aperiret; & nemini mortalium ſe tantum debere, quantum vni ex illis, Patri Balthaſari Aluarez ſub cuius diſciplina ſuus ſpiritus vigorem, & conſtantiam fuerat conſecutus; Eius magiſterio adiuta Regulas, & Conſtitutiones ſui refomati Ordinis condidit. Quantum autem ei contulerint ſubſidij viri Societatis ad primas Monaſteriorum Fundationes, conſtat ex ipſa *in lib. Fundation.* Et ex eius vita, quam P. Ribera exarauit. Indè ſoror Anna à Ieſu, & præſtantes multæ gnatarum veſtigia Matris ſecutæ fuerunt, Societatis ope, & diſciplina vſæ, pro inſigni erga illam amore, & exiſtimatione.

151. Hoc ſpirituale commercium S. Thereſiæ à Ieſu cum Religioſis Societatis ſcribit Fr. Didacus Yepes Epiſcopus Tarazonenſis *in eius Vita, in prologo*, §. 2. his verbis, [Con los Padres de la Compañia de Ieſus no tratò menos la ſanta Madre, que con los de la Orden del glorioſo ſanto domingo; que como en eſtas dos Religiones veya florecer tantas letras, y tanto trato de oracion, y virtud, pareciale, que yendo arrimada à la dotrina, y enſeñanza dellos no ſeria engañada.] Deinde ait, P. Henricum Henriquez, & P. Rodericum Aluares compuliſſe ſanctam Thereſiam,

vt

vt ſua geſta ſcriberet. Addit, multis annis eius ſpiritum gubernaſſe P. Balthaſarem Aluarez, P. Gaſparem de Salazar, P. Ægidium Gonzalez, P. Bartholomæum Perez, P. Araoz, P. Martinum Gutierrez, P. Hieronymum de Ripalda, qui quatuor annis fuit eius Confeſſarius, P. Ioan. de Aquila, P. Santander, & alios; ſubiungítque; [Seria nunca acabar, ſi vuierſe de decir los Padres de la Compañia, que la conocieron, y confeſſaron, y con gran prudencia, y cordura aprobaron ſu eſpiritu.] Et tranſcribit plura Patrum Societatis teſtimonia in approbationem ſpiritus, ac ſanctitatis S. Thereſiæ. Poſtmodùm decurſu vitæ plurima refert ex his, que Patres Societatis, Confeſſarij vt inſtructores illiuss in rebus ſpiritus affirmabant. Similia recenſet P. Franciſcus de Ribera *in eius vita*. Præterea Fr. Franciſcus de Sancta Maria *tom. 1. Chronicæ Reformationis Carmeli lib. 1. cap. 20* refert, S. Thereſiam Abulæ totam ſuam vitam ſcriptam tradidiſſe Patri Societatis in rebus ſpiritus apprimè experto, eúmque in Confeſſarium elegiſſe; necnon B. Franciſcum de Borja, cùm per Abulenſem vrbem tranſiret, eius ſpiritum approbaſſe; ac eam in Confeſſarium elegiſſe P. Balthaſarem Aluares de qua ipſe *in ſua vita cap. 24* inquit; [Eſte Padre me comenſo à poner en mas perfeccion. Deciame, que para del todo contentar à Dios, no auia de jarnada por hazer, tambien con harta maña, y blandura &c.

152. Ipſe

